Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0001-5

# INDEX MATERIARUM ALPHABETICUS.


A.

| | nō. |
|---|---|
| De Accidentalium jure. | 9. |
| Ad rem jure. | 17. |
| Antichretico pacto. | 19. |
| Æstimatorio contractu. | 20. |
| Alterutro. | 25. |
| Actione Confessoria | 27 |
| Actione Pauliana. | 28. |
| Actioē injuriar. sacerdot. | 36. |

B.

| | |
|---|---|
| Besoldianū supplementum. | 1. |
| Besazzungs=Recht. | 3. |
| Bibliopolis. | 5. |
| Bibliopegis. | |
| Besoldungs Gerechtigk. | 10. |
| Beneficio separaōis bonor. | 26. |
| Boscandi jure. | 10. |

C.

| | |
|---|---|
| Chartarijs. | 5. |
| Comendatitijs literis. | 10. |
| convitiandi libidine. | 13. |
| curiosa Justinianea. | 14 |
| contractū æstimatorio. | 20. |
| cessaōe scti Macedon. | 21. |
| contractuū impossibilitate. | |
| credulitate. 24. | 22. |

| | nō. |
|---|---|
| De Confessoria Actione. | 27. |
| crimine Majestatis. | 33. |
| concussione. | 34. |
| clamore violentiæ. | 35. |
| civili & canonica denunciaōe. | 39. |
| cogitationis meræ moralitate. | 41. |

D.

| | |
|---|---|
| Durchzug der Kriegs Völcker. | 2. |
| Damna invita ex ignorantia. | 23. |
| Delationibus. | 32. |
| Denunciaōe {civili, canonica, Evangelica} | 39. |
| Discursus Novellarū. | 12. |

E.

| | |
|---|---|
| Einritts Recht. | 4. |
| Erbe Recht. | 7 |
| Evangelica denunciaōe. | 39. |
| Edicto de Alterutro. | 25. |

F.

| | |
|---|---|
| Feudo Solari. | 11. |
| Ferijs. | 29. |


De

36.

J. J.

# ACTIONES. INJURIARUM. SACERDOTEM. CONCERNENTES.

PRAESIDE.

JOH. GEORG. SIMONE. D.

PROPONIT.

JUST. GEORG. Falckenreich.

HANNOVERANUS.

AUTOR.

JENÆ. DIE. XV. FEBR. A. C. M. DC. LXXVI.

---

TYPIS. MULLERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0003-6

*VIRIS*
*Magnificis, Nobiliſſimis, Conſultiſſimis, Prudentiſſimis,*
DNN.
# CONSULIBUS, SYNDICO, TRIBUNO PLEBIS, CAMERARIIS,
*Nec non*
Reliquis omnium Ordinum inclutæ Reipublicæ Hannoveranæ Senatoribus Spectatiſſimis,
Patriæ Patribus meritiſſimis, Mæcenatibus ſuis devenerandis & Fautoribus optimis,
Salutem & obſequia!
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0004-2

*Viri Magnifici, Nobiliſſimi, Conſultiſſimi, Prudentiſſimi,*
*Patroni & Fautores ſummi,*

Ita, quisquis es,
Reverere ſuperiorem tuum, ſi ſubditus,
Non adverſare, ſi extraneus,
Metue, ſi juſtus.
Is eſt,
Quem Deus ſupremum caput viventium,
Juſtitia vindicem iraſcentium,
Fortitudo terrorem ſontium
fecit:
Cui amorem deberi, non emi,
Fidelitatem jugiter ſervari, non ſperari
voluit.
Is dico, eſt,
Ut naturâ juſtus eſſet,
Natus cum juſtitia, dum Sol in Libra;
Sed Sol ſæpe Libram,
nunquam æquitatem, deſeruit.
Proinde
Rectè ſcivi me debere fidelitatem, gratitudinem, obſequium;
Dum ſcivi, me eſſe ſubditum;
Scivi, mei officii eſſe, virtutem,
FIDEM DEO, FIDELITATEM MAGISTRATUI
Servare.

De utraque fide id aſſerere poſſum.
Nihil prætuli Magiſtratui, niſi Deum,
Utrique Studui:
Dum ſervivi uni & alteri,
Utrumque ſcivi, & bene credidi utrique.
Iccircò
Duplex regula vitæ meæ ſemper fuit:
DEUS REVELANS & IMPERANS MAGISTRATUS.
Hoc ſtipatus inſigni cardine fretusque,
Hasce meas lucubrationes
VOBIS, VIRI MAGNI,
Offerre, dedicareq; volui.
Sunt primæ, ut exſpectetis ſecundas,
Volui eas eſſe officiorum meorum
Pondus minimè aut ſupplementũ, ſed initium.
Majus equidem gratitudinis & obſervantiæ teſtimonium
Gravitas requiſiviſſet Veſtra,
At nec ætas, nec ingenium, nec facultas
majus potuerunt.
Accipite igitur benivolè hoc, quicquid eſt,
VOS iterum ut ego accipiam
PATRONOS.
Deus VOS amet, qui VOS ſemper amavit;
Deus VOS ſervet, qui VOS ſemper ſervavit.
Ut juſtitiam diu amare,
Diu ſervare, & exercere poſſitis,
Valete! Favete

*Veſtro humillimo Clienti*
JUSTO GEORGIO Falckenreich.

Θεός Θεός.

# LECTORI SALUTEM.

DIſtinctiſſimam flagitiorum caterva, eorundemque nigrorem, latebris ſuis extractum, altius apud me ex merito reputans, nullum fertilius, nullum intolerabilius, reperire injuriâ potui. Primum ſiquidem hoc fuit, quod hominem non tantùm paradiſo, ſed ipſum quoque cœlo Satanam ejecit, quid? integrum perditionis oceanum nobis cumulavit adeò, ut emergere ex eodem ſatis difficile; evitare illud penitus impoſſibile præ me feram. Aſperrimum inſuper hoc extitit, quandoquidem viliſſimas pauperum tabernas, Regumque pariter ſuperbiẽtia palatia affatim concuſſit, ſubinde proſtravit, imò radicitus evulſit. Nec Deus, nefandum dictu! ab hâc malorũ lernâ ſatis tutus, quum fideliſſimi ejusdem Adminiſtri quovis petulanti livore iterum atque ſæpius immerentes afficiantur, juxta ac ſubire ſcommata, & quosvis alios malè ſanos turbæ inſultus exantlare cogantur. Optimè igitur Magiſtratus officio ſuo fungitur, ſi il-

luſores eorum, bipedum quippe nequiſſimos, condignas dare pœnas præcipiat, ſimul & ſanctiſſimum hunc ordinem ab omni labe & maculâ ſartum tectum conſervet. Quoniam autem hæc juſtitiæ adminiſtratio actionem utplurimum in Foro legitimam præſupponit, inque eâdem, ratione petiti, ſe fundat, laterem lavaturum me nequicquam ſpero, ſi, loco exercitii conſveti, proſecutionem injuriarum, quà Sacerdoti jure conceditur, ſubtiliori paulisper crenâ delineavero, ita tamen, ut in membro tractationis ſecundo (ne quidvis ſemper in quemvis, & quidem ubivis, liberè evomere, vel aliter agere præſumant) eorum exceſſus modeſtè inſimul annectam, qui parili ferè, tàm à Theologis, quàm Jureconſultis cordatioribus, carbone taxantur. Abſit interim, quo de ſanctè proteſtor, à me omnis inordinatè ſe habens affectus & paſſio, ceſſet quævis, vel minima licet, quenquam cavillandi libido! Veritas nempe ſtat ſuo talo immota, quæ, ſi forſitan obverſetur, Lector benevole, bilem Tibi adverſus ſeipſam, jejuno licet cum effectu, commovebit; Vale.

Membrum

# MEMBRUM PRIMUM ACTIONEM INJURIARUM SACERDOTI COMPETENTEM PROSEQUITUR.

## Theſis I.

EST autem hæc *actio injuriarum* perſonalis, quæ, quippe ex delicto orta, datur Sacerdoti, vel extra officium, vel in officii functionibus, ſive verbis, ſive realiter, læſo, adverſus iniqvè lædentem, ad impetrandam ſatisfactionem, et, pro ratione utilitatis Reip. ad pœnam tàm in libello deſcriptam, quàm extraordinariam officio judicis imponendam.

Th. II. *Juſtitiam* hujus actionis nemo, uti reor, ſanior in dubium vocabit. *Cauſam* namque *efficientem* ſi ſpectes, eandem exhibet præceptum juris Naturæ, neminem lædendum eſſe; ſcilicet non quoad corpus ſolùm, ſed famâ etiam, exiſtimationem pariter, ac dignitatem, *arg. l. 5. §. 1. de Extraord. cognit.* Conſentiunt jura Gentium, Romana, quid? Divina poſitiva tàm Veteris, quàm novi Teſtamenti, quæ ſummi ſemper Numinis Miniſtros ſacroſanctos voluerunt, eorundemque neglectum, multò magis injuriam, ægerrimè tulerunt, uti paſſim Biblia evolventi erit obvium, *add. Eſai. 58. v. 1. Ezech. 33. v. 7. & 8. Joh. 8. v. 44. 2. ad Timoth. 4. v. 2. 2. ad Corinth. 5. v. 20.*

Th. III. *Subjectum & materiam in quâ* Sacerdos ipſe repræſentat, qui, ſive injuriam patiatur ut homo abſolutè conſideratus, ſive ut Sacerdos, eandem vindicare valet, remediis ſcilicet legitimis, & interveniente Magiſtratus officio. Idque, ampliando ex communi injuriarum actionis doctrinâ, verum

adopi-

adopinor, tametſi injuria non immediatè perſonæ Sacerdotis, ſed ſolùm per conſequentiam inferatur; puta, ſi perſonæ poteſtati vel affectui ejusdem ſubjacentes contumeliâ afficiantur: inter quas numero (1.) ſi atrox injuria, & in ſpecie dominum reſpiciens in ſervum vel famulum committatur, *arg.* §. *3. Inſtit. l. 15. §. 35. 44. 45. 48. ff. de injur.* Idem dicendum de liberis, uxore, ſponſâ, nuru, &c. quas ſciens ad Miniſtrum verbi divini pertinere injurians in contemtum ejus lædere præſumit, *arg. l. 30. §. 1. l. 1. §. 3. & 9. l. 15. §. 24. h. t. (jung. ð. 8. membr. 2.)* Excipit quidem *Eckolt. n. 10. comment. ad h. t.* filios emancipatos, *arg.* §. 2. *Inſt. h. t.* quem tamen ex ratione allatâ ſequi nō valeo: quemadmodum in foro theoretico opinionem *Hahn. ad Weſenbec. h. t. n. 6.* defendi poſſe autumo, utut cum Practicis contradicat *Carpzov. libr. 1. deciſ. 33.* quem approbat *Eckolt. l. c. n. 11.* Sed hæc ita demum procedunt, ſi ab agente procul ſint rancor, & intentio ultionis, ubi Magiſtratus ſuppetit copia, privatæ, *Dn. Zigler. ad Grot. l. 1. c. 2.* §. *8. n. 7. pag. 91.* Econtrario ille præ ſe ferat reparationem damni vel verbaliter, vel realiter illati, cum emendatione vulneratæ per injuriantem Reipublicæ, *jung. Paul. Layman. Theolog. Moral. lib. 2. tract. 3. cap. 4. aſſert. 3. n. 3. Didac. Covar. Reſolut. lib. 2. cap. 10. num. 7.*

Th. IV. Non obſtant aſſertioni meæ verba Chriſti *Matth. 5. v. 38.* ubi ad diſcipulos ſuos, audiſtis, inquit, dictum fuiſſe oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego verò dico vobis, ne obſiſtite injurioſo, ſed cædenti te in dexteram maxillam quoque alteram obverte. Exquibus colligunt multi, nullam injuriam homini Chriſtiano (multò minus verbi divini miniſtro) aut repellendam, aut vindicandam, ſive publicè, ſive privatim; ſed tolerandam potius, & Deo committendam eſſe. Veruntamen verborum Salvatoris genuinus tenor videtur eſſe ſequens: *Cædenti* injuſtè *Te* privatum *in dexteram maxillam,*

*xillam alteram quoque*, ſi fortè Magiſtratus juſtitiam tibi administrare recuſat, *obverte* potius, quàm ut velis indulgere rancori, & vindictæ privatæ, *vid. Dn. Præſ. in not. ad Grot. de J.B. & P. l.1.c.2. §.8. num.3.* Quamvis non reſpuam cum *Dn. Zigler. in not. ad Grot. l.c. & Oſiand. ad cit. cap.5. Matth.* hanc de alapâ locutionem eſſe figuratam, quaſi dicat Chriſtus, adeò te dedecere eſſe ſtudioſum privatæ vindictæ, ut paratus potius ſis novam injuriam accipere, quàm veterem vindicare; quam explicationem probat ipſe *Grotius l.c. num.8.*

Th. V. *Objectum* ſive *materiam circa quam* exhibet lædens Sacerdotes, & quidem vel *realiter*, pulſando aut verberando, aut ædes eorum vi introëundo, *arg. §.8. Inſt. l.5. pr. ff. de Injur.* vel *verbaliter*, convitium iisdem inferendo, tàm vivâ voce, quàm ſcripto; ſub quo etiam & quidem non immeritò intelligo libellum injuriarum, actionem famoſam (v.g. ad palinodiam & pœnam criminalem) comprehendentem & absq; cauſâ ſufficiente (ſecus ſi rationabilis fuerit, *vid. Memb. 2. 8.10.*) adverſus miniſtrum verbi exhibitum, *Carpzov. Juriſpr. Conſiſt. lib.3. tit.9. def.100.* ubi Elector Saxoniæ M. Octobr. 1618. eundem in modum reſcripſit; cujus reſcripti verba *vid. in th. 7.* De aliis ſpeciebus ex profeſſo egit *Berlich. part.5. concl.59. per tot.* nimirum ſi quis ad injuriam ſacerdotiis veſtem, quam ei portare non licet, geſſerit, eumque Germanicâ voce: Du: nominaverit, &c. Præterea hîc non diſtingvendum arbitror, utrum moraliter (ſvadendo nimirum aut mandando) an verò phyſicè quis injuriam committat, *l.11. §.3.4.5.6. ff. h.t.* Nam quod quis per alium facit, per ſe feciſſe putandus eſt, juxta canonem vulgarem. At ſi fortè mandatarius etiam absque mandato injuriam illaturus fuiſſet ſacerdoti, & mandans hoc ſciviſſet ac credidiſſet, an nihilominus hic injuriarum conveniri poſſet? dicerem quod maximè, modò mandatum ſeriò & cum animo doloſo (qui, ubi verſamur in actu, uti hîc,

illicito, regulariter præſumitur) fuerit conjunctum: nec valet hoc loco argumentatio, quam in homicidio adhibet *Carpzov. prax. crim. p. 1. q. 4. n. 29.* *Forma* eſt cum generalibus injuriarum actionibus communis. Idem dicendum de *Fine*, & *Effectu*: niſi quod hic poſterior non minus in civili æſtimatoriâ & ad palinodiam; quam in extraordinariâ actione criminali tanto exiſtat gravior, qvanto perſona miniſtrorum Verbi Divini cæteris ex plebe dignior habetur.

Th. VI. Variè autem hæc injuriarum actio inſtituitur, quandoquidem vindicare injuriam ſuam Sacerdotes valent non ſolum remedio deſcendẽte ex Edicto Prætoris, ad æſtimationem injuriæ illatæ certâ pecuniæ ſummâ, (quæ, uti in dolore corpori illato rectè à patiente peti pro ſatisfactione poteſt, ita quoque in dolore morali bonæ famæ conciliato legitimè exigitur; tametſi concedam, famam intrinſecè æſtimationem non recipere) ſed & ex lege Corneliâ, præprimis ſi injuria manu facta, atque realis fuerit. Ac licet hæc poſterior olim criminalis tantum fuerit, per ea, quæ tradit *Magnificus Dn. Struv. Ex. 48. th. 58. cum Hortenſ. ad §. ſed poſtea Prætores. pag. 394. Inſt. de Injur.* tamen ex moribus perinde, ut Prætoria, civiliter ad certam mulctam pecuniariam intentari, & cum priori æſtimatoriâ concurrere poteſt, quod praxi noſtræ conforme eſſe, atteſtatur cum aliis multis à ſe allegatis *Carpz. prax. Crim. part. 2. quæſt. 65. num. 26. & ſeqq.* Cui quidem in foro theoretico, ſed abſque effectu, contradicit *Eckolt. ad h. t. §. 16.* Falſum quippe eſt (1.) has duas actiones ad eundem finem tendere, cum unâ ſatisfactio partis, alterâ Reip. petatur. (2.) Specialis ratio eſt libelli famoſi, de quo agit JCtus in *l. 6. h. t.* & in ſpecie à communibus injuriarum proſecutionibus diſtingvit. (3.) Non video, quid ſibi *Eckolt.* cum *l. 7. §. 1. h. t.* velit: cum *Carpzovii* ſermo non ſit de facto, quod principaliter habet publicam executionem, v. g. homicidio, veneficio, paricidio; ſed de injuriâ ad privatam cauſam pertinen-

te

te & privato illatâ, ratione cujus non prohibetur privato agere judicio, quod publico judicio præjudicatur, *l. c. 6.* hoc eſt, quod publicum judiciũ præcedit, *arg. l. 4. ff. de Publ. Jud.* Hisce adjici poſſent ſecundum conſvetudinem fori noſtri duo remedia moribus introducta, quorum primum vindicativum vocatur *Palinodia*; alterum defenſivum *Retorſio*, de quâ tamen, cum lege permittente & approbante fiat, ſupervacuum hic judico *cum Eckolt. h. l. §. 20. p. 801. verſ. hoc autem.* & *Pfankuch. ſpecial. Tract. de hâc quæſt.* pluribusque ab iisdem citatis diſceptare, num illicita ſit vindictamque privatam ſapiat, nec ne? *vid. huj. Memb. 1. th. 17.* Interim præter hanc cumulationem non deeſt denunciatio ac conceſſio delicti magiſtratui facta, nec non criminalis accuſatio, pro ratione circumſtantiarum, temporis, loci, cauſæ, &c. extra ordinem ad pœnam relegationis, carceris, fuſtigationisve, imò mortis aliquando, *vid. θθ. 14. 15. Memb. 1.* inſtituenda. Atque de hâc poſteriore, utpote ſingularia multa poſt ſe trahente, uberior mihi impoſterum ſermo erit: cum actiones priores jam enarratas, inque actu ſignato probè cognitas ex generali injuriarum materiâ facillimè hûc applicare cuilibet ſit integrum.

Th. VII. Agunt itaque actione Criminali Sacerdotes, quà vel officio ſacerdotali actu fungentes, vel extra illud læſi animadvertuntur. *Horum* temeratores iterum vel verbaliter & ſcripto injuriam intulerunt, vel realiter: *Sin prius*, certo reſpectu mitius quidem, ſed nihilominus acerbius, quam regulariter injuriantes ſolent, puniuntur, inſimulque (ſalvâ deprecatione charitativâ, vulgò Chriſtliche Abbitte/ & actione civili aliâ) ad confeſſionem & abſolutionem ſacram, ante ſeriam commiſſorum agnitionem, non admittuntur. De ejusmodi verbali injuriâ *vid. Judic. Facult. Theolog. Jenens. apud Dedeken. append. nov. ad loc. de ſacr. Cœn. ſect. 6. n. 7. p. 424. in Quæſtione:* Ob ein Weib / die Ihrem Beichtvater injuriret / nicht ſchuldig ſey denſelben Abbitte zu thun / und wie ſich der Beichtvater gegen Sie verhalten ſolle / wenn ſie in wehrender



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0013-2

Unverſöhnligkeit zum Beichtſtuhl kömpt? Ratione injuriæ ſcriptæ pro me loquitur in ſingulari caſu Reſponſum Electorale apud *Carpzovium in d. 5.* citatum: P.P. Wir haben etc. wann aber aus unſers Conſiſtorii Bericht genugſam erſcheinet/ daß ſupplicant vorerwehnten Superintendentenmit einer ſchmäligen Injurien Klage zubelangen nicht Uhrſach gehabt. Als können wir Jhme ſeinem Muthwillen alſo ungeſtrafft nicht hingehen laſſen; Hierauf gnädigſt begehrende/ Jhr wollet beyde Perſonen alsbald vor euch forden/ N. ſeinen Unfug in Ernſt verweiſen/ ihn zu einer Chriſtlichen deprecation anhalten / und hernach Jhr der Hoffrichter denſelben andern zum Exempel etliche Tage mit Gefängnüs-Straffe belegen laſſen. Quanquam ſi injuriarum actio in factum ſaltem fuerit & non ad famæ imminutionem inſtituta, ſimplicem correctionem cum refuſione injuriarum proceſſualium, & comminatione, nî impoſterum ſit ceſſaturus à propoſito ſuo culpabili, pœnæ ſeverioris dictatam fuiſſe à Scabinis Jenenſibus doceat *Fibig. Colleg. legal. Publ. Frantzk. Ex. 12. q. 3. num. 23. p. 541. in Verb.* Wofern es erzehlten eurem Bericht nach bewand/ſo iſt aus denen von euch angezogenen und andern Rechts-Gründen mehr bey ſo geſtalten Sachen gedachter Pfarrer von angeſtalter Klage zu entbinden/ und wird von der hohen Obrigkeit denen Klägern diß ihr Vornehmen billig verwieſen / auch ihnen zugleich/ daß ſie hinfuro in ſeinen anbefohlnen Ampte ihn unangefochten laſſen / und nechſt deme die verurſachte Unkoſten erſtatten mit Ernſt auferleget.' V. R. W. (*confer tamen, quæ dixi in memb. 2. th. 10.*) De cætero idem de alio convicio verbali, ſcriptoque præjudiciali (modo non pasquillus fuerit) animo deſtinato concepto judico. *Sin poſterius* evenerit, duriorem itidem nemeſin adhibitam ſcio, quam in communi injuriarum animadverſione applicari moris eſt. Sic reſponderunt Scabini Lipſienſes Anno 1630. Menſ. April. Præfecto in Altengottern/ (de quo *Carpz. prax. Crimin. part. 2. quæſt. 99.*

num.

*num. 17.*) dictantes relegationem ad biennium ei, qui miniſtro Eccleſiæ alapam impegerat. Imò apud veteres conſiderabilior pœnæ rigor obſervabatur: Hinc Leo & Anthemius Auguſti exſecutores olim clericos contumeliis vexare, impulſionibus moleſtare, convitiis exprobrare, aut corporalibus injuriis fatigare conantes, poſt amiſſionem cinguli & patrimonii, ultimâ protinus animadverſione plectebant, quorum aſſertum ſuum fecit Juſtinianus *l. 33. §. 6. C. de Epiſcop. & Cleric.*

Th. VIII. *Jure Canonico*, quod aliàs iure Civili mitius eſt, hoc crimen perpetrans banno Eccleſiaſtico innodatur ab Innocentio Papa II. in Concilio Lateranenſi, *c. 15.* ubi, ſi quis, inquit, ſuadente Diabolo huius ſacrilegii reatum incurrerit, quod in Clericum vel Monachum violentas manus iniecerit, (idem ſi pedibus conculcet, vel ſi ſpuerit, vel perfuderit eum aquâ ſtercoreque, vel ſi ruperit veſtimenta eius, *Gloſſ. ad can. 29. XVII. q. 4. pag. 333. Jacob. Menoch. caſ. arbitr. 389. num. 3. & 17. pag. 708. cum Bartol. in l. 1. §. hoc autem. ff. de Nov. Oper. Marſil. Singul. 188.*) anathematis vinculo ſubiaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere (niſi mortis urgente periculo) donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, cuius mandatum ſuſcipiat; Quod adeò verum arbitratur *Hoſtienſis* cum multis Canoniſtarum, ut etiam Legatus de latere miſſus non poſſit abſolvere excommunicatos, qui enormiter læſerunt Clericum, niſi hoc ſpecialiter Papa concedat, quorum opinionem examinat *Gvid. de Bayſo, Archidiacon. ad can. cit. 29. num. 3. pag. 235. add. Ægid. Bellamer. ad can. cit. num. 3. & 20. pag. 1431. & ſeqq.* Interim cum canone hoc concordat Papa Alexander II. *in can. 22. l. c.* ſtatuens, ſi quis priorum aut cuiuscunque ordinis laicorum Epiſcopum comprehenderit, percuſſerit, aut aliquâ vi à propriâ ſede expulerit, niſi fortè iudicatum canonicè, auctores & cooperatores tanti

ſceleris anathematicentur, & bona eorum Eccleſiæ ipſius iure perpetuo tradantur. Si verò in presbyterum, vel in quemcunque inferiorum graduum clericum hæc eadem præſumſerit, canonicæ pœnitentiæ atque depoſitioni ſubjacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

Th. IX. Hoc multò magis, ſecundum idem ius canonicum, exaſperatur flagitium, ſi quis Cardinalem occiderit, ubi homicida ipſo facto eſt excommunicatus, & ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, per omnes iſtius loci Eccleſias, in quo tantum facinus fuit attentatum, nec non Civitatum & Diæceſium vicinarum excommunicatus publicè denunciatur. Quod etiam contra illos fit, qui Cardinalem percutiunt, hoſtiliter inſectantur, vel capiunt, vel quid ſimile committunt, puta ſocii ſunt facientis, aut fieri mandant, vel factum ratum habent, aut conſilium dant vel favorem, aut poſtea receptant, vel defenſant ſcienter maleficos. Sic ut rei criminis læſæ Maieſtatis perpetuò ſint infames, diffidati nihilominus & banniti, ſint inteſtabiles, ut nec teſtamenti liberam habeant factionem, iuxta *cap. felicis. 5. X. de Pœnis. in 6.* nec ad alicujus bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocentur: Quatenus ab omni ſucceſſione repulſi, publicaque repulsâ confuſi minus inveniunt ſuæ malitiæ ſucceſſores, fiant habitationes eorum deſertæ, & ut non ſit, qui eas inhabitat, dentur cuncta eorum ædificia in ruinam, & ut perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur: nullus eis debita reddere, nullus reſpondere in judicio teneatur: Quicquid etiam in bonis invenitur ipſorum, Fiſci vel Reip. dominio applicetur, ut ex illis nil transmittant ad poſteros, ſed potius cum ipſis quodammodò damnentur & ſua, &c. *add. Limn. ad Capitul. Carol. V. pag. 96. num. 65. & ſeqq.* De jure Judaico *vid. Exod. 22. v. 28. Deuter. 27. v. 12. Actor. 23. v. 5.*

Th. X.

Th. X. An verò percutiens conſanguineum Clerici, ipſius Clerici contemplatione, ſimiliter in excommunicationis pœnam (de quâ *ſupra th. 8.*) incidat, uti cum *Felino*, & *Romano* contendit *Marſil. l. cit. ſing. 204.* meritò ambigo per ea, quæ tradunt *Menoch. l. cit. n. 18. Socin. in l. mulieri. ff. de Condit. & Demonſt. Jaſon. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſe Prætori. de Nov. oper. nunc. & Tiraquell. de Pœn. leg. cauſ. 5. num. 74.* niſi fortè de jure ſtricto loquaris, quod tamen ſemper in materiâ pœnali æquitas in juſtitiâ fundata, temperare ſolet. Interim hoc in paſſu in ſuo generali manent vigore Sacerdotibus omnes injuriarum actiones, juxta ea, quæ ſuſtinui in *th. 4.* Totô quippe cœlo differunt, actionem injuriarū propter amicos in ſui contemptum violatos inſtituere poſſe pœnalem, & eandem ex actione pœnali applicationem utrobique impetrare: illud concedo, hoc pernego.

Th. XI. *Illorum* durior ſententia reperitur in *l. 10. C. de Epiſcop. & Cleric.* ubi iuxta ſummam *Bald. & Salycet. ad h. l.* irruentes in Eccleſiam eiusque miniſtros capitaliter puniri debent, etiam per inquiſitionem, quemlibet ad accuſandum vel denunciandum admittendo. Capiendi autem rei dicuntur, ubicunque inveniantur, extrahendive tàm ex arce, quàm ex alio loco munito, & privilegiato, adhibitâ ad hoc, ubi opus eſt, armatâ manu, uti & bello omnimodò indicto. En ipſa Imperatorum Arcadii & Honorii in lege hâc ponderoſâ verba: Si quis, innuunt Illi, in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut, in Eccleſias Catholicas irruens, ſacerdotibus & miniſtris, vel ipſi cultui locove aliquid importet iniuriæ, quod geritur, à provinciæ Rectoribus animadvertatur, atque ita provinciæ moderator Sacerdotum & Catholicæ Eccleſiæ miniſtrorum, loci quoque ipſius & divini cultus iniuriam capitali in convictos ſeu confeſſos reos ſententiâ noverit vindicandum: nec exſpectet, ut Epiſcopus iniuriæ propriæ ultionem depoſcat,

cui

cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile, factas atroces Sacerdotibus aut verbi Miniſtris injurias veluti crimen publicum perſequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Quod ſi multitudo violenta à civilis apparitoris exſecutione & adminiculo ordinum vel ordinatorum poſſeſſorumque non poterit *flagitari* (vel *præſentari*, iuxta *Codic. Theod.* Lectionem tamen Florentinam retinet *Haloander*) quod ſe armis aut locorum difficultate tueatur: Præſides provinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito competentem vindictam tali exceſſui imponere non morentur. Quamvis hanc pœnæ generalitatem ſuo iterum modo reſtrictam voluerit Juſtinianus, ſequentia ſanciens in *Novell. 123. cap. 3.* ſi quis, cum ſacra miniſteria celebrantur, in ſanctam Eccleſiam ingrediens, Epiſcopo, aut Clericis, aut miniſtris aliis Eccleſiæ iniuriam aliquam inferat, iubemus hunc verbera ſuſtinere, & in exilium mitti. Si verò hæc ſacra miniſteria conturbaverit, aut celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur: hoc ipſo & in Litaniis, in quibus Epiſcopi aut Clerici reperiuntur, conſtituendo. Et ſi quidem iniuriam ſolùm fecerit, is verberibus exilioque tradatur: ſi verò etiam litaniam concuſſerit, capitale periculum ſuſtinebit. Et vindicare iubemus non ſolùm civiles, ſed etiam militares iudices.

Th. XII. Moribus noſtris diſtinguere ſolent, utrum Sacerdos officio ſuo fungens lædatur *verbaliter*, an verò *realiter*. *Sin illud*, ceſſare capitale gladii ſupplicium volunt, ſubſtituentes in *Foro magiſtratus politici atq; civili* (1.) mulctâ pecuniariam. Hinc, referente *Finckelthuſ. Obſerv. 72.* Conſiſtorium Lipſienſe contra Nobilem quendam ita pronunciavit: Derowegen Beklagter klagenden Pfarrern / daß er ihme in ſeiner Predigt offentlich eingeredet/ und iniurirt/ (dixerat enim, du leugeſt/du verlogener Pfaffe/du leugeſt alles was du auf der Canzel

zel redeſt/der Teuffel redet aus dir/du meineſt niemand anders als mich) eine Gerichtliche Erklärunge und Chriſtliche Abbitte in Churfürſtlichen Sächſiſchen Conſiſtorio allhier zu thun ſchuldig/ welche hernach zu N. von der Cantzel offentlich verkündiget/ und N. hierüber mit 500. Reichs Thaler in Churfürſtl. Durchl. Rent Kammer zuentrichten billich geſtraffet wird. Nonnunquam loco pecuniæ (2) carceris pœna ſubſtituitur, reſpondente hoc modo Conſiſtorio Supremo Menſ. Jun. 1627. *ap. Carpz. in Jurispr. Conſiſt. lib. 3. tit. 8. defin. 95. num. 21. pag. 176. in verb.* Wir haben euren Bericht etc. welcher Geſtalt N. dem Pfarrer dieſes Orts in der Kirchen bey gehaltener Catechiſmus-Lehre ſich wiederſetzet/ und denſelben mit Worten übel angelaſſen/ vernommen etc. begehren hierauf etc. Ihr/ die Beampte/ wollet von der Delinquentin etliche gute Schock ihren Vermögen nach der Kirchen zu N. anzuwenden/ und zu berechnen einbringen/ oder ſie/ andern zum Abſcheu/ mit vier Wochen Gefängniſſ-Straffe belegen laſſen.

Th. XIII. Solet quoque in *Foro Eccleſiaſtico* adiici ſuſpenſio ab uſu Sacramentorum & deprecatio, item denominatio publica, quid? quod plenaria excommunicatio impoſita reperiatur, uti haud obſcurè colligere eſt *ex præced. th. præjud. 1. verb.* von der Cantzel offentlich verkündiget. *Add. Dedeken. Conſil. Eccleſ. vol. 1. part. 3. lib. 1. memb. 3. ſect. 3. num. 18. pag. 892.* Qui teſtatur de fœminâ, quæ Paſtori ſuo pro concione die Paſſionis Chriſti de falſis teſtibus contra Chriſtum adductis dicentis, & ad ſe quoque, qui falſis teſtimoniis hominum turpitudine & adulteriis infamiũ gravaretur, hiſtoriam illam accommodanti, non obſcuris quibusdam indiciis & deſignationibus mota, ut exiſtimaret, ſe præ cæteris notari, & quaſi ipſa adulterii rea eſſet, perſtringi, publicè reſpondit, & ſcelerati mendacii ac commiſſi antea bis periurii coram omnibus arguit. Propter quod facinus, præmiſſo Calandii,

 ſeu

ſeu Conſiſtorii conſilio, non ſolùm eo loco, quo ſcandalum commiſit, ſed in vicinis etiam Eccleſiis publicè excommunicata eſt. *Et num. 19. pag. 893.* ubi Conſilium Facultatis Theologicæ Roſtochienſis M. Januarii Ann. 1574. in eâdem cauſâ producit: Nach deme N. N. ihrē Paſtorn, da er in ſeinem öffentlichen Ampte geweſen / in der Predigt/ aus gefaſſeten Argwohn öffentlich wiederſprochen/ uud ihn geſcholten / welches ihr billich nicht gebühret hätte/ und alſo dadurch ein öffentliches ärgernüß angerichtet/ ſich gegen Gott und das heilige Predigampt vergriffen. Als iſt billich und Chriſtlich / das ſie ſolche ihre Sünde erkenne / ſich dieſelbe laſſe von Hertzen leid ſeyn/ und ſie GOtt / ihren Paſtorn, und der geärgerten Gemeine Abbitte. Darauf ſie auch der Herr und der Herr (Probſt/ ) Caland des Bannes / darinne ſie eine Zeitlang geweſen / ohne Zweiffel erlaſſen wird. Porrò emigrationem & relegationem dictatam novimus, quemadmodum de Nobili quodam refert *Coler. deciſ. 78. num. 3. pag. 550.* cui migratio ex territorio Domini ac venditio bonorum ibidem ſituatorum à Scabinis Lipſienſibus propter hoc flagitium adjudicata fuit. Imò perſonarum vilitate & convitiorum enormitate aliisque circumſtantiis ſingulariter expoſcentibus, ad fuſtigationem aliquando perveniri poſſe, omninò certum eſſe arbitror.

Th. XIV. *Realiter* offenſus in officio ſacro occupatus Sacerdos, facit reum ejusque mandatarios & auxiliatores gladio ut plurimum plecti, juxta *Coler. l. c. n. 1. & 4.* qui Lipſienſes Anno 1551. quæſtori Wimarienſi hoc modo reſpondiſſe meminit, *Carpzov. Juriſpr. Conſiſt. l. c. n. 14. & prax. Crim. part. 1. q. 44.* qui M. Sept. Anno 1569. Lipſiæ ſequentem ſententiam prolatam ſcribit: Würde N. auf dem von ſeinet wegen gethanen und eingebrachten Bekäntnüſſe freywillig verharren/ oder des ſonſten/ wie recht/ überwieſen; als nemlichen/ daß als der Prieſter und Caplan davon in actis und ſeinem Bekentnüß gemel-

meldet/ in der Kirchen geſtanden/ und ein Kind zu tauffen angefangen/ er inquiſit einen Jungen mit zwey Pferden vor der Kirchen halten laſſen/ und ſeine andere Diener und Pferde vor die Thore geſchicket / und in Stieffeln und Sporen in die Kirche gangen/ und einen groſſen Prügel gehabt/ und als Er den Caplan mit dem Kinde bey der Tauffe gefunden / hinzugetreten/ denſelben mit einer groſſen Peitſchen auf die Haut gehauen/ und mit dem Prügel nieder geſchlagen und die Tauffe des Kindes verhindert. So würde Er von wegen ſolches in der Kirchen/ an den Prieſter über der Tauffe begangnen und verübten Frevels / Gewalt/ Verhinderunge / undturbirunge/ des Heiligen Göttlichen Sacraments der Chriſtlichen Tauffe alles ſeinethalben beſchehenen Fürwendens ungeachtet/ Vermöge gemeiner beſchriebenen Käyſerlichen Rechte mit dem Schwert vom Leben zum Tode billich geſtrafft/ V. R. W.

Th. XV. Antequam tamen capitali ſupplicio propter hoc delictum in aliquem animadvertatur, quatuor conjunctim requirunt Doctores (1) ut offendatur non verbis tantummodò, ſed etiam verberibus, vi & facto miniſter verbi; (2) in loco Eccleſiæ; (3) eo tempore, quo tractat ac miniſtrat divina; & (4) per hoc Sacra turbentur. Idque adeò verum exiſtimant *Carpz. cit. Jurispr. num. 15. Coler. l. c. n. 3. Finckelthuſ. l. c. n. 5.* ut ſi unum tantummodò ex illis requiſitis deficiat, nequaquam tam rigoroſè procedendum eſſe velint. Quamvis conſtet ex *Matth. Berlich. part. 4. concluſ. 20. pag. 147.* Scabinos Lipſienſes M. Majo Anno 1576. contra quosdam, qui miniſtrum aliquem verbi divini, dum ſacrorum celebrandorum cauſâ ad vicinam Eccleſiam ire vellet, in itinere exſpectarunt, eumque multis vulneribus affecerunt, & à concione ſacrâ ac Cœnæ adminiſtratione impediverunt, gladii pœnam adjudicaſſe: Tenor ſententiæ ita ſe habet: Aber N. dē Kirchner und N. den Stadtknecht belangende/ welche bekennet/

daß ſie ſich mit Gelde beſtechen laſſen/ den Pfarrern N. zu ſchlagen/ und haben alſo/ vorſetzlichen und aus arger Liſt gedachten Pfarrern / als Er am heiligen Sontage auf ſein Filial/ ſeine Predigt und Pfarrampt außzurichten/ hat gehen wollen/ verweglagert/ und ihme viel Wunden nach vermöge Euers Berichts beybracht / auch die kleine Röhre am lincken Arm entzwey geſchlagen/ und Jhn alſo liegen laſſen/ daß Er aus Ohnmacht nicht hat fortkommen können/ dadurch die Predigt Göttliches Worts und Reichung des heiligen Sacraments verhindert und verblieben/ werden derowegen mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet/ V. R. W.

Th. XVI. Hæc quidem *de injuriâ* ejusque vindicatione *ſimplici* Sacerdoti illatâ dicta ſufficiant. Pauca nunc monenda habeo de *qualificatâ* propter ſingularem abominationem legis poſitivæ, per quam hic intelligo *pasquillum* ſive libellum famoſum; Quando v. g. aliquis doloſè ad infamiam Sacerdotis compoſitionem in ſcriptis factam publico in loco affixit, vel alio quodam ſingulari modo notabile crimen (puta ſimoniam, blaſphemiam, item adulterium, homicidium, falſificationem monetæ territorialis aut Imperij, aſſaſſinium, proditionem patriæ &c. Secus eſt, ſi nullum tale crimen objiciatur; ſed quis Sacerdos ſaltẽ contumelioſo nomine juxtim &, ludibrij cauſâ in cantilenâ publicâ vel rhythmo, comœdiâ &c. luſcus, fatuus, ſcurra, ſpurius, pediculoſus &c. appelletur) eidem impegit, veluti picturâ, aut ſculptili famoſo, ſimiliter epigrammate infami, aut extremè præjudiciali, ſcelusque continente carmine, tametſi fortè ſcripto non comprehenſo, *arg. l. 5. §. 9. & 10. ff. de injur. Reformat.* G. P. zu Augſpurg / *1548. Tit. 34.* von Schmäh-Schrifften / Gemählden und Gedichten/ §. *2. ibi.* deßgleichen auch nicht ſchmählichs / *pasquiliſches* etc. in was Schein daß beſchehen möchte / gedicht / geſchrieben / in Truck gebracht / gemahlt /

mahlt / geſchnitzt / gegoſſen und gemacht / *&c. add.* R. A. *de*
*anno* 1577. *Tit.* 35. §. 2. *Harprecht. ad* §. 1. *Inſtit. de injur.*
*num.* 150. *& ſeq. p.* 773. *ibique Dd.* Nec diſtinguendum pu-
to cum *Eckolt. ad h. t.* §. 31. *Carpzov. Prax. Crimin. p. 2. q.*
98. *num.* 24. *& ſeqq. ibique plur. alleg. Dd.* an infamans no-
men ſuum pasquillo ſubſcripſerit, nec ne: Ducor ad hoc
per *arg. cit. leg.* 5. §. 9. *& Ordin. Polit. Anno* 1577. *Tit.* 35. §.
und ſetzen. *verb.* Es habe der *Autor* ſeinen Nahmen darun-
ter geſetzet oder nicht / ubi particula, quæ ibidem ponitur,
*etiamſi*: eſt implicativa, includens caſum minus dubita-
bilem, *vid. Cardinal. Tuſch. Tom 2. conclus. pract.* 275. *num.*
8. *& ſeqq. lit. D. verb. dictio.* Putat quidem *Carpzov. l. c.*
*num.* 38. in allegato textu *l.* 5. de pœnâ famoſi libelli planè
non agi, ſed de pœnâ injuriarum: Quoniam prior illa lon-
go poſt tempore fuit introducta, *arg. l. unic. C. de Famos. Li-
bell.* Sed falſum & planè cerebrinum, adeoque contra ex-
preſſa verba contextus Jmperatorii eſt horum *Dd.* aſſertum.
Largior equidem, de aggravatione pœnali ex Conſtitutioni-
bus Principum, de quâ *l. un. C.* loquitur, ibidem non agi;
at inde non ſequitur, de famoſo libello, ejusque pœnâ ex
SCto proveniente JCtum ſermonem nullum habuiſſe:
Quoniam aperta fit mentio inteſtabilitatis, quæ injuriantem
ſimplicem, ſive verbis, ſive ſcripto egerit (excepto pas-
quillante) regulariter non ſequitur, *arg. l.* 18. §. 1. *qui teſtam.
facer. l. 21. princ. ff. de Teſtib.* Taceo, quod in Pandectis
injuriæ ſimplices & famoſi libelli diſertis verbis diſtingvan-
tur, *vid. Rubr. ff. de Injur. & Famos. libell.* adeoque pœna
famoſo libello, absque reſpectu injuriæ ſimplicis, uti hic fit,
(Nam de hâc reſtrictione verba textus nihil proferunt) ex
SCto deſtinata de eodem præcisè intelligi debeat. Ad reli-
quos textus, præprimis ad *Ordin. Crimin. Carol. V. art.* 110.
*verb.* und ſich nach Ordnunge der Rechte mit ſeinen rechten

Tauff-und Zunahmen nicht unterſchreibt. reſponderunt diu ante me *Harprecht. l. c. num. 154. & ſeqq. p. 224. Matth. Stephan. ad cit. art. 110. num. 2. & 3. pag. 131.* Patere quippe, putant illi, Carolum V. non loqui de ſubſcriptione componentis famoſum libellum, ſed potius agere de illâ ſubſcriptione, quæ ſecundum ordinem juris (nach Ordnunge der Rechte) fit in judicio ab accuſatore, qui crimen aliquod adverſus alterum intentat, de quâ in *l. libellorum. 2. l. ſi cum crimen. 7. ff. de accuſat. l. pen. & fin. C. h. t.* Poteſt igitur Pasquillo petitus Sacerdos, præter actionem injuriarum communem, de quâ ſupra *th. 6.* inſtituere & formare libellum tàm ex *SCto.* uti mox ante monitum, ad pœnam hanc, ut infamans reddatur inteſtabilis; quàm ex *Principum Conſtitutionibus*, ad ſupplicium capitale: quibus jungenda, juxta *mores noſtros Imperii*, verba *ſæp. cit. art. 110.* Wo jemand durch Schmach-Schrifft / zu Latein liber famoſus genant / &c. unrechtlicher / unſchuldiger Weiſe Laſter und Ubel zumiſſet / wo die mit Warheit erfunden würden / daß der Geſchmähete an ſeinen Leib / Leben oder Ehren peinlich geſtrafft werden möchte / derſelbe Boßhaffte Läſterer ſoll / nach Befindunge ſolcher Ubelthat / als die Rechte ſagen / mit der Poen / in welche er den unſchuldigen Geſchmäheten durch ſeine böſe unwarhaffte Läſterſchrifft hat bringen wollen / geſtraffet werden. Non abludit *Jus Saxonicum* apud *Carpzov. cit. prax. Crim. num. 14. & ſeqq. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 48. th. 70.* Qui tamen atteſtantur, ſecundum obſervantiam practicam (quæ ordinariè legem rigoroſam interpretatur) plerumque hodiè mitius in causâ hujus criminis pronunciari ſolere: Idque multò magis, ſi delinquens ſolum fuerit divulgator, nomenque expreſſerit, aut verum crimen objecerit: item ſi provocatus à Sacerdote læſerit, & pœnitentiâ ductus pasquillum affixum refixerit, antequam ipſius divulgatio & publicatio

facta

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0024-3

facta fuerit, delictumque ſponte ſit confeſſus. Tametſi ſemper hoc arbitrium diſcretioni ſuæ commiſſum judicem in hâc perſonæ ſanctiſſimæ violatione ad ſeveriorem, quam commnniter fieri ſolet, vindictam extendere debere arbitrarer, per ea, quæ jam ante oſtendi *in §§. 5. & ſeqq.*

Th. XVII. Tollitur quoque hæc injuriarum actio Sacerdoti conceſſa, perinde, ut alia communis, variis modis, quos, juxta diverſas ejusdem ſpecies, pauciſſimis perluſtrabo. Eſt igitur *primus* actionem Prætoriam abolendi modus ponendus in morte injuriantis & injuriati ante litem conteſtatam: quod procul dubio introductum reor, ex ſingulari diſpoſitione juris poſitivi, ut non tantum litium aliquis (præſertim in hâc facillime eveniente & frequentiſſime ſocietatem humanam lædente rerum circumſtantiâ) ſit terminus; ſed etiam quod homines communiter (tum maxime vero Sacerdotes alios exemplo ſuo docere vi officii adſtricti) qui jam propter fatum imminens derelinquere mundana quæque coguntur, non amplius præſumantur iniuriam ad animum revocaſſe, aut meminiſſe læſionis ſibi proterviter conciliatæ. Sed quid ſi quis Sacerdos in periculo mortis conſtitutus, in confeſſione factâ Collegæ, remittat inimico iniuriam? eum in caſu dubio per hanc remiſſionem non ſolum putarem rancorem & offenſam (uti volunt *Ludvv. D. 16. §. 7. lit. d. ibique allegati Dd.*) verum etiam ipſam actionem iniuriarum remiſiſſe, ita ut ex poſt facto ad eam redire non poſſit, *add. Strauch. Ex. 19. §. 15. Gloſſ. & Bachov. ad* §. *fin. Inſt. h. t. Eckolt. ad* §. *18. ff. h. t.* Niſi forte ob brevitatem temporis, dum morte præveniuntur verbi divini miniſtri, actionem inſtituere impediti, & expreſse de proſecutione per heredes inſtituendâ proteſtati fuerint. Huc refer, ſi Sacerdos non immediate, ſed per ſuos, v. g. liberos, uxorem, famulos. etc. (*Vid. th. 3.*) infametur; illis qvippe mortuis licet & ex parte ſui iniuriam remittentibus,

tentibus, nihilominus actio eidem durat, *arg. l. 5. §. 1. h. t.* quemadmodum, ut mox ante reſolutum, exſpirat, ſi iniurians optimè conveniri poſſit, & tamen, quoad vivit, ab iniuriato lite non pulſetur: nam & tunc remiſſionem leges peractam præſumunt. Aliud inſuper fundamentum ponunt Dd. ex hypotheſi Juris civilis, quod actiones pœnales, qvalis eſt actio iniuriarum, *arg. §. 1. Inſt. de perpet. & temporal. actionib.* ante litem conteſtatam (exceptâ *l. 3. §. 5. quod quisque jur.* cui quidam jungunt *l. 4. & 6. de Magiſtr. conveniend.* quas diſcutere nolo propter alios, qui hanc poſteriorem actionem immediatè ex lege deſcendere defendunt) contra heredes non dentur, *vid. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 48. θ. 63. junct. Ex. 46. θ. 83.* Aſt dubium inde alicui oriri poſſet, an hæc actio propriè ſit dicenda pœnalis? Quemadmodum enim dolorem corpori illatum æſtimare poſſum, ita nimirum, ut pro iniquè exantlatis cruciatibus *ad recreationem læſæ conſtitutionis* pecuniam à lædente petam, *Dn. Struv. Jurispr. Forens. lib. 3. tit. 23. θ. 20.* quæ petitio absque omni hæſitatione reparatoria, *vid. Dian. Tom. 8. Tr. 5. Reſ. 78. p.* 127. ac proinde pœnalis ratione petentis (aliud eſt, ſi nudum pati lædentis reſpexeris) dici nequit; Sic & *ad Solamen & quaſi comparandam refocillationem* (non ad vindictam, *vid. θ. 4.*) *animi* per convitium graviter confuſi actionem æſtimatoriam inſtituo, animadverſione pœnali judici ac Reip. ubique ſalvâ. Veruntamen hæc absque ullius præjudicio aut refutatione, ad altiorem modò indaginem Theoreticis propoſuiſſe juvat, quorum eruditam informationem nunquam ſubterfugio aut obſtinatus detrecto. Ad objectionem interim allegatam pro nunc, atque κατ' ἄνθρωπον, ut loqvuntur, reſponderem ex Corpore noſtro, negando, actionem *ad ſolamen animi* inſtitutam eſſe perinde, ut ea, quæ ad curationem corporis ſuscipitur, æſtimatoriam; ſed

ad

ad nudam vindictam, lege Juſtinianeâ concedente, tendere, *vid. Harprecht. ad §. cit. 1. de perpet. & temp. act.* quæ tamen, ob defectum privati rancoris, qui ab omni Chriſtiano procul eſſe debet, non merè privata, ſed publica potius per conſequentiam vocanda venit. Non enim, ſicuti corpus, ita animum cibis potuque recreo, quos fortè per pecunias actionis æſtimatoriæ comparo: Quin potius per legitimè intentatam actionem legi publicæ in puniendo injuriante aſſiſto, etſi lucrum inde quæſitum mihi applicare valeam. *Alter* tollendi actionem injuriarum modus eſt remiſſio, pacto vel transactione peracta; eaque rurſus vel expreſſâ, vel tacita. De *expreſſâ* nil monebo; *tacitam* locum habere arbitror, quando Sacerdos cum injuriante biberit, luſerit, comederit, aut alio modo familiariter confabulatus & converſatus fuerit ante litem conteſtatam & cauſam in judicium deductam, unâ in menſâ, proprio motu, non ex officio aut aliâ quâdam honeſtatis neceſſitate, e. g. in convivio ſive nuptiali, ſive baptiſmali, ſive ſimili quovis, *arg. l. 11. §. 1. h. t. l. 27. §. 2. de Pact. Maſcard. de Probat. vol. 2. concl. 904. num. 25. Vultei. ad §. fin. Inſt. de injur.* Quare nec Sacerdos officio ſuo fungens, ac peccatori injurianti commiſſorum remiſſionem nomine Dei annuncians in confeſſione, **wann Er den ſündigen injurianten an Gottes ſtat Vergebunge ſeiner Sünden verkündiget/ und ihn mit Gottes Wort tröſtet** / actionem injuriarum dereliquiſſe juxtim & cancellaſſe præſumitur. *Tertia* abolitio fit per præſcriptionem, in quâ contra Sacerdotē inducendâ reperi diſcrepare jus Civile & Saxonicum: in illo ſiquidem, nō tàm reſpiciendū venit ad diverſas injuriarū ſpecies, quàm ad ipſa juris remedia & illorū qualitates. Hinc fit, ut actio æſtimatoria Prætoria, ſive injuria ſit verbalis, ſive realis, ſive ſcripta levis, ſive atrox, utili tamen anno (ratione nimirum initii ac ſcientiæ, *Carpz. l. 2. Reſp. 110. num. 6. & ſeqq.* quoad curſum

ſum enim continuus eſt juxta *Bach. l. c. n. 3.* ) finiatur, *l. 5. C. h. t. Franzk. Ex. 12. q. 9. n. 32.* actio verò ex L. Corneliâ, ſi illâ *civiliter* agatur, triginta, *arg. l. 3. C. de 30. & 40. ann. præſcript.* ſi *criminaliter*, 20. annis præſcribatur ſecundum *l. 12. C. ad L. Corn. de Falſ.* quo ipſo 20. annorum ſpatio verius eſt præſcribi etiam extraordinariam perſecutionem, *Franzk. l. c.* Recantatoriam verò actionem moribus introductam, ſecundum fundamenta juris Civilis, perpetuam eſſe, non dubitat *Dn. Gothofr. Schäffer. Disp. inaug. de Differ. jur. Civil. & Saxon. th. 71.* per ea, quæ tradunt *Berlich. p. 5. concluſ. 69. n. 12. Harprecht. ad §. fin. n. 17. Inſt. h. t.* Jure Saxonico contrarium obtinet, quoniam hoc non æquè ad diverſa juris remedia, quam ad diverſas injuriarum ſpecies reflexionem habet; hinc leviores injuriæ uno anno ( cui ſex ſeptimanæ & tres dies non adjiciuntur, uti contra *Joachim. à Beuſt. in l. 9. ff. de jurejurand. §. ſi is qui. num. 11. & ſeq.* defendit *Carpz. p. 4. conſt. 46. defin. 3. num. 3. & ſeqq.*) atrociores verò, inprimis reales, triginta demum annis terminentur. *Quartò* injuria aboletur Sacerdotis retorſione, idq; ſecundum approbationem magiſtratus politici hodierni & *mores noſtros*: nam de jure civili & divino forenſi, quod tamen mutationem admittere valet, hoc illicitum vel potius eidem incognitum fuiſſe, lubenter *Pfannkuchio* & *Eckolto* concedo, non obſtantibus, quos *Gail.* urget *2. obſ. 100.* textibus *l. 25. de Procur. l. 14. §. 6. de Bon. Libert.* Ad *hunc* enim dicerem, aliam eſſe retorſionem judicialem, aliam extrajudicialem: de *priori* loquitur textus oppoſitus, quando ſcilicet à liberto coram judice capitis accuſatus Patroni filius, in eum, ad ſui liberationem, quaſi ſocium hujus vel alterius criminis, culpam ſibi illatam reſpondit; *Poſteriorem* ego hîc intelligo. Ad *illum* diu ante me ſatisfecit *Dn. Struv. Tract. de Vind. priv. cap. 10. aph. 6. num. 1. & ſeqq.*

quem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0028-5

quem vide. *Ultimò* etiam injuriarum actio tollitur, quatenus pœnam Reip. debitam concernit, per jus aggratiandi à Principe ſusceptum, mediante quo, pœna ſæpius extraordinaria, imò aliquando nulla imponitur, ſed ob certas circumſtantias factum injurianti condonatur, de quo notum in viciniâ exemplum, ubi Nobilis, durante concione, Sacerdoti officio elenchtico utenti, irâ præventus & ſuperatus publicè contradixerat, ac ſecum ruſticos è templo abduxerat, ſolo in ſuggeſtu derelicto Paſtore. Pasquilli actionem, quemadmodum in aliis criminibus, quibus brevior vel longior terminus poſitus non eſt, viginti annorum ſpatio terminari adopinor.

Th. XVIII. Coronidis loco adjicere libuit, quæ de injuriâ PaſtoribusRotenburgicis ad Tubarim tempore certæ feſtivitatis illatâ recenſet *Joh. Theod. Spreng. Inſt. Jur. publ. l. 3. c. 33. num. 5. pag. 500.* Eſt ibi, inquit ille, certa inter Paſtores conſvetudo: Omnes ferè, quotquot ſunt Paſtores, circa duo milliaria ab ambitu urbis Rotenburgenſis in Eccleſiâ D. Bartholomæi conveniunt, ibique prius inſtituto proceſſu in Eccleſiam S. Wolffgangi, è quâ rectâ hoſpitium aurei agni, vulgo **zum güldenen Lamm**/ petunt hilaritatis officia exercent, & in foro publicam ſaltationem inſtituunt, in quam nullus à mechanicis admittitur; quod ſi verò quis eò audaciæ progrediatur, ut ſe intrudere velit, conjicitur **in den Röhrkaſten**/ vulgò **den Herterich.** Demonſtravi hactenus, ut puto, ſatis ſuperque, quemadmodum actio injuriarum, in actu ſignato probè cognita, poſſit in actu exercito applicari ad violationem protervam ſanctiſſimorum Verbi Divini præconum: ſupereſt, ut etiam operer circa contrarium, actionem nimirum contra Sacerdotem dabilem; unde Tibi, Lector Benevole,



MEM-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0029-4

# Membrum Secundum
# Actionem Injuriarum contra Sacerdotem instituendam complectitur.

## Th. I.

Eſt igitur hæc quoque actio perſonalis, orta ex delicto, competens perſonæ adverſus Sacerdotes, qui *vel* extra officium, quod gerunt; *vel* pro concione nominetenus eandem perſtrinxerunt; *vel* ita per circumſtantias & colores vivos adumbrarunt ac depinxerunt, ut quilibet, quæ notata fuerit, facillimè intelligere queat; ſimiliter qui ab aliis officiis pietatis (v. g. à Sacramento Batpismi, & Patrinatu) perſonas immeritò depulerunt, aut abſolutionem cum adminiſtratione Cænæ Dominicæ denegarunt, etc. ad obtinendam palinodiam, & æſtimationem pecuniariam; vel translationem, etiam remotionem ab officio, & aliam pœnam extraordinariam autoritate judicis & Conſiſtorii Eccleſiaſtici delinquentibus imponendam.

Th. II. Multi quidem hîc mihi faceſſere negotium ſatagunt, qui propter Officium, quod Sacerdotes gerunt, eosdem actione injuriarum minimè conveniendos eſſe ſtatuunt, moti potiſſimum per locum *1. ad Timoth. 5. verſ. 20.* & textus, quos allegavi *θ. 2. memb. 1.* Ex iis nempe elucèſcere aſſerunt, non decere verbi Divini Miniſtros canes eſſe mutos, aut ſpeculatores cœcos, de quorum manu ſanguinem impii morientis in peccatis ſuis Deus eſt requiſiturus: quid? quod Deus ipſe Sacerdotibus ſeverè injunxerit clamare, nec ceſſare, ſed, uti tuba, exaltare vocem, annunciareque populo ſuo transgreſſionem, ac domui Jacob peccata ſua. Sicuti Paulus



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0030-6

lus *l. c.* Timotheum jubet, peccantes coram omnibus arguere, quò & cæteri timorem habeant. Ut proinde Sacerdotes potius ex juſto Zelo, & objurgandi, quàm injuriandi animo, verba, quæ injurioſa apparent, adverſus tertium protuliſſe præſumendum foret, *add. Fibig. Colleg. Legal. publ. Ex. 12. q. 3.* Non abludit ab hoc *Harpprecht. ad §. 11. Inſt. de Injur. num. 33. & 34. pag. 338.* Eſt & hoc, dicit Ille, apud omnes Chriſtianæ profeſſionis homines extra controverſiam: quod hâc in parte fidelibus verbi miniſtris non ad hominum favorem, ſed ſolius Dei ſacroſanctam voluntatem reſpiciendum ſit; utpote, qui functionem illam vocatis legitimè miniſtris religioſè commendavit. Judicate etenim vos ipſi, *inquiunt Apoſtoli Spiritu S. pleni, Actor. 4.* an juſtum ſit, in conſpectu Dei vos potius audire, quam Deum. Non enim poſſumus, quæ vidimus, & audivimus, non loqui. Quinimò ſi hominibus adhuc placerem, Chriſti ſervus non eſſem, inquit Paulus. Et quidem Exemplo Johannis Baptiſtæ, qui non dubitavit ipſum quoque Tetrarcham Herodem ob inceſtum adulterium graviſſimè objurgare, dicendo: non licet tibi habere uxorem fratris tui, *Marc. 6. v. 19.* Quam conſtantiam & παῤῥησίαν in explendis delegati muneris partibus etiam demonſtravit *Matth. 3. v. 7.* quando ad baptiſmum venientes Phariſæos & Sadducæos ſeveriſſimâ increpatione caſtigat, inquiens: progenies viperarum, quis demonſtravit vobis fugere à venturâ irâ? De quibus *vid. Ægid. Hunn. in Comment. ſup. Matth. cap. 14.* &c. Hactenus *Harprechtus.*

Th. III. Veruntamen hîc generaliter præmoneo, me non præcisè conſideraturum officium ſacerdotis ac verba Dei annunciantis taxatorium, inquantum in V. Teſtamento, aut in primitivâ Eccleſiâ exercebatur; imò adhuc, abſtractâ diſpoſitione Conſiſtoriali, exerceri poſſit; ſed quatenus tempo-

ra ſolùm noſtra concernit, & ab inſpectione Principis ejusque Conſiſtorii ſupremi totaliter dependet. Largior proinde lubentiſſimè, ad officium Miniſtrorum Verbi, quà tale, pertinere: taxare, monere, reprehendere publicè & nominatim, ſolvere, ligare, &c. Dei quippe Oratores ſunt & Mandatarii, cujus vicem in terris, reſpectu prædictorum actuum, apud Reges quoque & integros Populos repræſentant: quemadmodum hujus rei exemplis Prophetarum & Apoſtolorum, primitivæque Eccleſiæ hiſtoria ſcatet. At inde minimè ſequitur, poſſe hanc corripiendi facultatem tempore noſtro, ubi Chriſtianiſmus robur ſuum, Dei gratiâ, cepit, non certo modo ab eo, qui jura Epiſcopalia vi ſuperioritatis territorialis exercet, per certa ſubjecta & quaſi gradatim, ut ita loquar, moderari; præſertim ubi tam gravis abuſus officii elenchtici, ac immoderata affectuum adhibitio timetur. Hinc rectè omninò jubent Principes Auguſtani, peccatorem à Sacerdote ex Verbo Dei atque ſecundum ejus normam & intentionem, perinde uti olim, corripi, habitâ tamen ratione admonitionis graduum, adeoque non vi ſolius officii, ſed inſimul, uti par eſt, expectato Conſiſtorii Eccleſiaſtici decreto, *vid. θ. 4. in fin. ibique* F. M. K. O. *verb.* iedoch vermittelſt der hohen Landes Fürſtl. Obrigkeit Erkändnüſſes *&c.* quam procedendi formam ſi neglexerit Miniſter, utique actionem injuriarum & pœnam aliam Conſiſtorialem, tanquam legis publicæ transgreſſor, evitare nequit. Exinde igitur liquet, quid reſpondendum ſit aſſentientibus *Harpprechto* atque *Fibigio ll. cc.* Nam ſi hi loquantur abſtractè, item de modo procedendi in Eccleſiâ primitivâ uſitato, eis non contradico; quid? quod illorũ aſſertum ad meã hypotheſin non quadret, nec applicari poſſit à talibus, quales illi æſtimantur, Ordinationũ Auguſtanæ Confeſſionis Conſiſtorialium ac Receſſuum Imperii peritiſſimis: quod ſi verò de more noſtratium iis ſermo ſit, ægrè,

gre, mutatâ Reip. Eccleſiaſticæ facie priſtinâ, privatis Sacerdotibus, ab Ordinis curatione, quoad externa ſacrorum accidentia ſummo principi competente (quæ caput Juris Epiſcopalis ſecundum conſtituitur à *Dn. Struv. F. S. J. cap. 6. aph. 17. n. 2.*) dependentibus, jura ſuperioritatem unicè concernentia attribuent. Eundem proceſſum inter Catholico-Romanos ab Epiſcopo ejusque loci Prælato inſtitui poſſe, imò, ut inſtituatur, conducibile eſſe, nullus dubito, *add. t. t. X. de Exceſſ. Præl.* Quocirca maneant, conſiliũ eſt *Bald. Caſ. Conſcient. l. 4. c. 7. c. 5.* moderni Eccleſiæ Miniſtri, absq; ſpeciali ſupremi Conſiſtorii permiſſu, in generalibus arguendi terminis, ſine expreſsâ delinquentium denominatione & perſonarum deſcriptione, nec, uti ſæpius nonnullos feciſſe compertum habeo, nimium privatis ſuis affectibus indulgeant, & in ſuggeſtu publico, tanquam in loco contradictionis experte, privatam vindictam exerceant, iramq; adverſus quendam ex proximis ſemel conceptam, multifariis ſcommatum plauſtris eructent; niſi velint parili ratione, ut aliæ ſeculares perſonæ, injuriarum actione teneri, *arg. l. 32. ff. de injur.* Ex quâ ſequentem, & ſatis, uti reor, firmum Doctores Syllogismum efformant: Si Magiſtratus (formaliter talis, & à Majeſtate in eſſe, fieri & operari dependens) ſive ſuperior fuerit, ſive inferior, licet fiduciâ Magiſtratus, per inuriam adverſus privatum quidquam fecerit, injuriarum poteſt conveniri; multò magis Sacerdos injuriarum actione tenebitur: Quippe qui, ut talis, Magiſtratus planè non eſt, ſed à Magiſtratu potius, puta Conſiſtorio Eccleſiaſtico, Ejusdemque diſpoſitione in totum dependet. Atqui verum eſt prius, *per leg. alleg.* Ergò & poſterius. Conſentiunt R. A. Augſpurgk/ *de Anno 1530.* §. wir haben. *ſſ. in fin.* ubi: was diſputürliche Sachē/ ſich daſſelbige zu predigen/ und zu lehren/ darzu ſtumpfirens und läſterens ſich enthalten/ jubentur Sacerdotes, R. A. Speyer/ *de Anno 1542.* §.

da mit

damit aber. *41. Magnif. Dn. Struv. Syntagm. J. C. Exerc. 48. §. 55. Amad. Eckolt. Comment. ad ff. tit. de injur. §. 5. p. 793. Reinking. de regim. Secul. & Eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 2. cap. 2. num. 7. Arniſ. de Jur. Majeſt. l. 2. c. 6. n. 6. Hahn. ad Weſenbec. de injur. num. 5. pag. 474. Proſper. Farinac. prax. Crimin. part. 3. quæſt. 105. Inſpect. 10. num. 406. pag. 402.* Hinc totâ quoque die adverſus Sacerdotes proceſſus decerni in Conſiſtoriis vidimus; prouti conſtat ex ſententiâ Conſiſtorii Supremi Dresdenſis *Anno 1613. M. Febr. ap. Carpzov. Jurispr. Conſiſt. lib. 3. tit. 8. defin. 98. num. 20. & 21.* Ubi Elector Saxoniæ Conſiſtorio Wurzenſi M. Novembri Anno 1625. ita reſcripſit: Was maſſen an Uns N. über den Pfarrer daſelbſt N. derer wieder Jhn auff offentlicher Cantzel außgegoſſenen injurien halber ſich in Unterthänigkeit beſchweret &c. Alß begehren wir &c. Jhme den Proceſſ zu eröffnen / und ſolchen ſchleunig zu befördern. Multi quoque reſpondent, reſpectu ordinis externi longè aliam, hodiernâ, faciem extitiſſe Reip. Eccleſiaſticæ in primitivâ Eccleſiâ; ubi ferè ſemper cum officio ſacerdotis, inconcuſſo jure Majeſtatis politicæ, concurrebat (quemadmodum de Apoſtolis & ab iisdem ordinatis manifeſtum putant) officium Epiſcopi, alteriusve magiſtratus Eccleſiaſtici; dum ab initio prædicati Evangelii Reges aliæque ſupremæ Majeſtates maximâ ex parte idololatriam & gentiliſmum ſequebantur, aut aliter à recti ſemitâ aberrabant. Quæ aſſertio, poſito, quod ſit veritati conſona, eò me adigere poſſet, ut, ſalvo ſaniorum Theologorum placito, probabiliter crederem, Paulum etiam loco ad Timotheum citato ad eandem reſpexiſſe. Res inſuper conclamata eſſet cum iis, qui ex *Harpprechto*, allegando Scripturæ loca, applicandoque ad ſtatum Eccleſiæ quemvis, imprimis verò modernum, utplurimum mihi confundunt Sacerdotem, ut talem, cum magiſtratu Eccleſiaſtico, ſive independenter,

utpote

dutore principe ſummo, ſive ab eodem dependenter ſeſe habente. Miniſter quippe verbi Divini, etiamſi Superintendens, quatenus ſcilicet Superintendens (ſecus ſi aſſeſſor Conſiſtorii, cui votum deciſivum à Principe ſuo clementiſſimè conceſſum non diſputo) fuerit, reſpectu Juris Epiſcopalis & ordinationum ac mandatorum Conſiſtorialium purè exſecutivè ſe habet, remque omnem perſonæ nominetus in ſuggeſtu taxandæ Conſiſtorio deferre, ac ab eodem decretum expectare tenetur, *confer. θ θ. ſeqq.* Non nego tamen, ſummam Majeſtatem poſſe hunc uſum elenchticum perſonalem in concionibus publicis Sacerdoti concedere: aſt quia hoc ſpeciali lege tunc ipſis competit, vigore officii ordinarii hodierni non exercetur, nec tranſit.

Th. IV. Diſtingvunt quidem à me diſſentientes hodierni (1.) inter peccatorem convertibilem & incorrigibilem. (2.) inter crimen atrox & commiſſum levius. (3.) inter delictum notorium & non notorium: idque ductu *Harpp. l. c. n. 36. 39. 47. Fibig. cit. Exerc. 12. q. 3. num. 3. & ſeqq.* Ita nimirum, ut in hoc non-notorio leviore & corrigibilem peccatorem ſupponente, ſi modò certum fuerit, gradus admonitionis à Sacerdotibus obſervandi veniant, ſecus, ſi, uti interdum fit, ex vanâ perſvaſione & conjecturâ, falſoque vulgi rumore exortum fuerit, quod ſupprimendum putant, nec absque injuriâ in concionibus propalandum. *Illud* verò, juxta *cit. Harppr. & Fibig.* publicè ex cathedrâ coràm omnibus argui poteſt, & quidem durioribus verbis: Imitamine Supremi Sacerdotis, qui ingenti cum Zelo & inauditâ παῤῥησίᾳ judæos caſtigat, & coarguit, ipſos à patre Diabolo eſſe dicens, *Joh. 8. v. 44.* Quin inſuper Scribas & Phariſæos, qui primatum in templo Hieroſolymitano aucupabantur, cœcos & ſtultos duces, hypocritas & ſerpentes apellitans, ac lamentabile illud atque horrendum væ! multoties illis exaltatâ voce occinens, *Matth.*

23. v. 16. & ſeqq. At ſicut delicti non-notorii & levioris proceſſum à *Fibigio & Harpprechto* deſcriptum veriſſimum judico, per ea, quæ tradit F. M. K. O. *cap. 22. th. 13.* Wann ein begangenes Laſter noch gar heimlich/ und dem Prediger allein/ oder ſonſt wenigen bekand iſt/ ſol derjenige/ ſo damit behafftet/ in geheim treulich vermahnet werden/ davon abzuſtehen. & *th. 18.* Immaßen auch ſonſten/ wann ein offentlich Gerüchte von einer Perſon Laſter erſchallet/ und lautbahr würde/ welches doch noch ungewiße/ und unbekant were/ der Prediger dieſelbe nicht mit Nahmen auff der Cantzel nennen/ vielweniger in Bann thun/ oder damit betrauen ſoll/ ſondern das ruchtbahre Laſter ernſt- und beſcheidentlich insgemein ſtraffen/ und ſich bey der Hohen Landes Fürſtl. Obrigkeit durch die Gerichts Herrn/ ob es gleich FACINUS NOTORIISSIMUM, Beſcheides erhohlen: Ita non parum dubito in facto notorio & atrociore de ejusdem publicâ ex cathedrâ increpatione à privato Sacerdote absque præſcitu Magiſtratus, cum nominatione perſonæ peractâ. Sufficit quippe eidem, tanquam perſonæ Magiſtratus officio deſtitutæ generalis vitii comiſſi taxatio, cum indicatione perſonæ nocentis coràm Conſiſtorio Supremi Principis inſtituendâ. Conſentiunt mecum Ordinationes Eccleſiaſticæ Auguſtanæ, *vid. cit.* F. M. K. O. *l. c. th. 19.* würde es nun daſelbſt vor offenbarlich erkant/ oder vor der weltlichen Obrigkeit außführlich gemachet und erwieſen/ ſo erfolget alſo den hierauff/ iedoch mittels der hohen Landes Fürſtl. Obrigkeit Erkäntniſſes und befehlichs/ die öffentliche Kirchenbuße oder Straffe. Chriſti exemplum hùc non quadrat, quippe qui non dependebat, utpote Summus Eccleſiæ Episcopus & Paſtor, ab ullius Conſiſtorii Eccleſiaſtici mundani directorio.

Th. V. Ut autem tutius, & magis ordine progrediar, ante omnia actionis hujus conſideranda venit (1.) *Cauſa Efficiens* quæ

quæ coincidit cum eâ, de quâ in *Memb. 1. th. 2.* dictum. (2) *Objectum*, Sacerdos lædens, de quo in *th. 9* (3) *Subjectum*. Competit igitur hæc actio injuriato ſive læſo à Sacerdote (1.) ſpeciali in ſuggeſtu nominis expreſſione: vel (2.) atrâ quâdam atq; præjudiciali delineatione. Quæ ſingula non modò adverſus Ordinationes Eccleſiaſticas pugnant, *vid. Ordin. Sereniſſ. Elect. Saxon. Art. general. 3.* §. zum ſiebenden / *ibi:* Nachdem den Pfarrern und Kirchendienern mit Ernſt aufferleget und eingebunden / daß ſie in ihren Predigten ihren eignen affecten, mit holhippeln / poltern oder ſchmähen / nicht nachhängen / ſondern ſich aller Chriſtlichen Sanfftmuth und Beſcheidenheit / nach der Lehr S. Pauli / gebrauchen / iſt ſolches von uns keines weges dahinn gemeinet / daß die Kirchendiener mit gebührenden brennenden Ernſt und Chriſtlichen Eyffer das läſterliche und gottloſe Leben der Pfarrkinder nicht ſtraffen / und alſo die Laſter nicht rühren dürffen / welchs der Allmächtige ihnen ſo ernſtlich aufferlegt und befohlen / *Eſai.* am 58. auch da ſie ſolches unterlaſſen / ihnen erſchreckliche Drauung für Augen ſtellet / wann ſie den Gottloſen die Sünde nicht ſagen / und ſie dariñen ſterben / Er ihre Seele an ſeinem groſſen Tage aus ihren Händen fordern wolle / *Ezech. 3.* werden derhalben die Pfarrer in ſolchen ſich ihres Ampts / der Gebühr nach / wohl zuerinnern wiſſen / und / wo von nöthen / die Viſitatores ihnen genugſamen Bericht geben können / daß ſolches allein auf die ärgerlichen Predigten gemeinet / da die Pfarrer aus Zorn und eigener Rachgier ihre eigene Sachen auff die Cantzel getragen / und mit ärgernüſſe der Gemeine außgeſtoſſen / die Leuthe mit Nahmen genennet / oder ſie ſonſten alſo außgemahlet / daß männiglich / wer ſie ſeyn / wolverſtehen können / oder ſonſten nicht gebührliche Ordnunge im Straff-Ampte gebrauchet / und alſo an ſtatt Gottes Wort / die gantze Zeit mit denſelben zugebracht / welches wir

 hinführo

hinführo zugedukten keines weges gemeinet ſeyn/ ſondern da einer wieder ſeine Pfarrkinder/eines/oder mehr/eine ſache haben möchte/ ſoll Er dieſelbe/ wo müglich /und wie Chriſten-Menſchen/beſonders aber Kichen-Dienern vor andern wol anſtehet/ freundlich/ Chriſtlich/ mit ihme inſonderheit/ ohne alles Ergernüſſe und Weitleufftigkeit außtragen / und da ihme die Billigkeit nicht widerführe/ deshalben nicht gantze Kirchen/ beſonders aber in öffentlichen Predigten/betrüben und alſo ſein ſelbſt Richter in eigener Sachen ſeyn/ſondern an ſeinen ordentlichen Viſitatorn gelangen laſſen. Sed ab ipſis quoque cordatioribus Theologis improbantur. Conſtat hoc apertè ex Judicio Facultatis Theologicæ Jenenſis, M. Junio, Anno 1665. *ap. Dedekenn. in Theſaur. Conſil. append. ad vol. 1. part. 3. lib. 1. memb. 3. ſect. 2. pag. 507. num. 3. in verb. P. P.* Alſo daß Ihr Ihn (1.) mit ſolchen Worten beſchrieben / die nicht weniger in ſich halten / als wenn ihr Ihn mit Nahmen genennet hättet / in dem ihr ihn unterſchiedene mahle denſelben jungen Menſchen geheiſſen / der am nechſt vergangenen Sontage die Mittages Predigt gehalten / etc. (2.) Solcher anzüglichen Reden Euch vernehmen laſſen / man ſolte ſolchen jungen Gecken und Narren nicht trauen / was ſie auff die Cantzel bringen. (3.) Ihn vermahnet von ſeinen Laßdünckel abzulaſſen / der mit ſeinem ſtoltzen Gange / hoffärtigen Kleidern und unbeſcheidenen Worten ſein hoffärtiges Hertz offenbahre. (4.) Ihme vorgerücket / daß er kaum vor 3. 4. oder 5. Jahren der Ruthen entgangen / welches lauter perſonalien ſeyn / ſo auff die Cantzel nicht gehören / und wie ſie eines verbitterten Gemüths Anzeigungen ſeyn / alſo können ſie ohne Aergernüſſe von frommen Zuhörern nicht angehöret werden / etc. Wie wir dann nun eure proceduren nicht billigen können / etc. *add. Harppr. l. c. n. 48.* Producunt quidem ex ſæpe allegato *Harpprecht. l.*

c. n. 44

*c. n. 44. 45. & 46.* nova quædam alia, ſed parilis interim ponderis argumenta : Nec concionator, innuit Ille, in auditorem dicto modo peccantem, injurius fuiſſe cenſeri poteſt aut debet : Cum in eo animus non injuriandi, ſed corrigendi, tàm delinquentem ipſum, quàm Eccleſiam promovendi, quæ hoc nomine potuiſſet offendi, in dubio præſumatur : argumento eorum, quæ ſuperius *num. 30.* de parente & præceptore ſunt allata. Nam & fidelis verbi Miniſter ſpiritualis eſt gregis ſibi commiſſi pater; imò, ratione officii, plusquam naturalis pater. Hujus enim beneficio liberi vitâ fruuntur caducâ; Illius verò miniſterio vitam aſſeqvuntur æternam. Quemadmodum etiam divus Paulus ad Corinthios ſuos ſcribit : Vos ut filios meos chariſſimos admoneo, *1. Corinth. 4. v. 4.* & in ſeqventi *verſ. 16.* addit rationem : Nam in Chriſto JEſu per Evangelium vos genui, ſubindicans, reprehenſionem ſuam, quantumlibet acrem & ſenſui carnis ingratam, non ab animo alieno, ſed paterno, & ſalutis ipſorum ſitiente profectam eſſe. Haut aliter atque pater aliquis filios ſuos objurgat, ut à perverſitate morum abſtrahant, & ad frugem meliorem revertantur. Et quoque Galatas filiolos ſuos appellat, quos iterum parturiat, donec formetur Chriſtus in ipſis, *Galat. 4. verſ. 9.* Hi ipſius ſpirituales filii, cum à veritatis tramite exorbitare vellent, acerrimè à gentium Doctore Paulo reprehenduntur. Non enim Apoſtolus miratur duntaxat, illos tàm citò in aliud transferri Evangelium, *Galat. 1. verſ. 6.* ſed Galatas quoque ſuos ſtultos appellitat, inquiens : O ſtulti Galatæ, quis vos faſcinavit, ut non crederetis veritati? *Galat. 3. verſ. 1.* Et cùm unicuivis Eccleſiæ miniſtro, tanquam ſpirituali patri, & animarum paſtori, omnes & ſinguli ſui auditores tantâ fidelitate, & ſeverâ additâ comminatione à Deo ipſo commendati ſint, ut juſtus ille Judex vivorum & mortuorum

 ali-

aliquando in noviſſimo die ac univerſali judicio, horum animas & ſangvinem de ipſius manu ſit requiſiturus; *Ezech. dict. cap. 33. verſ. 7. & 8.* quis, obſecro, Chriſtianus de affectu Concionatorum in gregem ſuum Dominicum plus quam paterno dubitaret; ne dum ut animum in eis erga auditorem, vel unum, vel alterum virulentum, amarulentum, & calumniandi ac injuriandi cupiditate flagrantem, præſumeret? &c. *Hucusque Harpprecht.* Aſt huic rurſus ambobus offero brachiis, totum hoc aſſertum vero ſuo ſtare talo poſſe, ubi ſacerdos ordinationi Conſiſtoriali non eſt ſubjectus: Hinc ubi hæc, uti inter nos, ſemel eſt introducta, &, reſpectu expreſſæ prohibitionis, clariſſima, non poteſt non Verbi Divini miniſter deprehendi in actu doloſo, ſi contra manifeſtiſſimam ejus literam agere, eaque, quæ Conſiſtorium ad decidendum ſibi ſoli reſervavit, absque hujus præſcitu exequi proterviter præſumat. Quis ergo contra hunc Proceſſu Conſiſtoriali ſcienter volenter abutentem parti læſæ actionem injuriarum denegare, aut cum à malitiâ ſuâ deſtinatò peractâ abſolvere pariter & excuſare vellet? Uno verbo: qui lege poſitivâ Majeſtatis (quæ in conſcientiâ quemlibet ſubditum obligat) abutitur ex prælectione & non erroneo fortè judicio, ille culpandus, accuſandus & condemnandus eſt. Atqui ſacerdotes, ſi, inhibente Conſiſtorio, in concione publicâ individua certa taxant ac depingunt aut expreſsè nominant, hoc faciunt. Ergo. (3) Si abſolutionē alicui & uſū Sacræ Cœnæ Sacerdos denegaverit, *add. nov. 123. c. 11.* vel eum in Baptiſmo in numerū patrinorum admittere accipereque recuſaverit. Etiamſi conſtet Dominos Scabinos Jenenſes, loco actionis injuriarum ſpecialis, conſulenti cuidam anno 1626. Menſe Julio *actionem in factum* ſvaſiſſe: Und do ihr fernerweit von Brauch des Heiligen Abendmahls und Chriſtlichen Gevatterſchafft von Ihnen abgeſondert/

ſondert / oder bey der Beychte / oder vor der Nießunge des H. Abendmahls ſchimpfflich angelaſſen / oder öffentlich außgeruffen werden ſoltet / ſeyd Ihr obgedachten Herrn Geiſtlichen actione in factum, und daß ſie ihr vorgeben wieder Euch gebührlich ausführen / zubelangen / wolbefügt / *vid. Fibig. Colleg. Legal. Publ. Exerc. 12. quæſt. 3. num. 15. pag. 540.* Veruntamen hoc conſilium jus meum legitimè quæſitum non tollit, multò minus ad imitandum neceſſitat, quin potius utrique actioni (injuriarum, & in factum) liberrimum ſuum curſum derelinquit. Aſt quomodò procedendum ſacerdoti, præſertim pœnitentiario, venit, ſi quis dignus aliquando reperiatur, cui uſu ſacramentorum & patrinatu interdicatur? Edocet hoc judicium Facultatis Theologicæ Jenenſis, Menſe Majo 1668. *in verb.* Solte aber über verhoffen beklagte in unverſöhnligkeit verharren / hettet ihr es ins Ober-Conſiſtorium zuberichten / immittelſt aber der beklagten anzudeuten / ſich / biß auf weitere Verordnung / des Beichtſtuhls zuenthalten / auch da ſie / deſſen ohngeachtet / ſich in ohnverſöhnlichkeit in Beichtſtuel einfinden würde / ſie nicht zu admittiren. Quinam proceſſus ſit obſervandus ſummi Principis pœnitentiario, ſi Princeps correptionem clanculum factam negligat; & an tunc ſacerdos ipſum publicè corrigere & nominare valeat? hîc, tanquam odioſum, ſcienter omitto. Noverit Princeps ſuum officium, miniſterque verbi, hoc in paſſu à lege conſiſtoriali ſolutus, Deo magis obediendum eſſe, quam hominibus.

Th. VI. Hîc quoque non ineptè quæritur; an Paſtor propterea, quod alicui, qui gladio ocreisque indutus ad ſacram Synaxin accéſſerat, uſum Cœnæ Dominicæ denegavit, injuriarum conveniri queat? Non provocabo hic ad caſum neceſſitatis, timoremque ingruentiæ hoſtilis, ubi ipſa occaſio quemlibet ſatis acuet, ſive miles fuerit conſcriptus,

ſive

ſive alius togatus, cujus mortem, vel aliam læſionem corporis moraliter non parum conciliaret Sacra adminiſtrans Sacerdos, ſi per prætenſam depoſitionem armorum ejus defenſionem retardaret, & per conſequens injuriarum manifeſtè reus evaderet. Tempus ſaltem pacatum rimabor, ubi tamen rurſus, ſi rem abſolutè conſidero, armorumque geſtationem, quæ ſæpius ſolam dignitatis oſtensionem, & præeminentiæ ſignificatum, absq; ullius offensionis metu, poſt ſe trahit, perſonæ convenienti attribuo, videre non poſſum, quo jure Sacerdos propter hanc rem adiaphoram, me, aliàs probè dignum ac præparatum, ab hujus ſacri Myſterij uſu arcere valeat; Spectaret enim hoc ad partem mundioris cultus, quem regulariter tunc temporis quilibet adhibere ſtudet. Quare etiam Sacerdos, tanquam absque causâ me non ſolum in conceptâ devotione turbans, ſed etiam coram facie Eccleſiæ & totius præſentis concionis remoram mihi injiciens, atq; à proſecutione religioſi mei propoſiti me ſuſpendens, actionem injuriarum contra ſe vix declinabit. Toto quippe cœlo inter ſe differunt *gladius dignitatis*, & *offenſionis*: Non *illius*, ſed *hujus* præcipuè intuitu, ne ſcilicet Sacra profanis permiſcerentur cædibus, olim armis confiteri volenti Sacramque Cœnam ambienti interdicebatur. Cæterùm non nego, poſſe à Superioritate territoriali per Conſtitutiones Eccleſiaſticas, imò per conſvetudinem quoque introduci, ut ne quis ſub quocunque prætextu armatus ad altare Domini accedere præſumat, quo jure ſtante, Sacerdos absque omni injuriarum metu officio ſuo prohibitorio fungitur. Atque hûc præcisè, & non alibi procul dubiò, reſpexêre Scabini Jenenſes, actionem injuriarum denegantes Nobili cuidam conſulenti Scabinatum M. Aprili, 1627. apud *Dn. Bechmann. Exerc. Feud. 14. num. 39. pag. 376. in verbis*: Als ihr uns berichtet/ welcher Geſtalt ihr ꝛc. zu den Hochwürdigen

digen Abendmahl/ nebſt einer groſſen Anzahl communicanten gangen/ und in geſchöpffter Andacht aus Unwiſſenheit/ doch als ein ungerühmter Soldat/ und darbey uhralten Adelichen Geſchlechts/ viel hundert Jahr Rittermäſſiger Leut/ euren Leib-Degen bey der Communion in ipſo actu an Eurer Seiten getragen/ und als der Archidiaconus des Orts/ als Euer Beicht-Vater/ Euch den Leib CHriſti ohne eintzige Wiederrede zu erſt gereichet/ hette der Subdiaconus, wie Jhr in Eurer Andacht euch geneiget/ in gefaſter hertzlicher Zuverſicht/ das Blut CHriſti von Jhme zu empfahen/ Euch ſtracks in beyſeyn aller communicanten/ den Degen abzulegen/ oder daß er Euch das Blut Chriſti nicht reichen wolte/ angedeutet/ auch ſolche Worte mit Ernſt wiederhohlet/ darauff ihr den Degen von der Seiten abgenommen/ und wieder zurück hinter den Altar gehen/ und ihn alldar niederlegen müſſen/ darüber vornehme Leute höchlichen erſchrocken/ und aus ihrer Andacht neben Euch kommen. Nun hettet ihr hiebevorn eben an dieſen Orte und heiligen Städte nebenſt andern vielen frommen Chriſten Hertzen mehrmahls confitiret und darauff communiciret/ es wehre aber euch von keinen Diacono ſolche öffentliche Beſchimpfung iemalhs begegnet/ maſſen dann auch ſonſten unterſchiedene Perſonen/ als Hauptmann der Bürgerſchafft ſelbſten/ ſo dem Superintendenten in dieſen heiligen Werck vorgangen und ſeinen Degen getragen/ und andere mehr/ bey Verrichtung der Communion/ wie erweißlichen/ des Degens/ auſſer nacherfolgte einige Beſtraffung oder betrohliche Abſchlagung bey dem hochwürdigen Abendmahl/ ſich vielmahls gebrauchet/ Euch auch die Kirchverordnunge/ als einen illiteratos und der uffm Lande geſeſſen/ gantz unbekant. Wann ihr dann euch hierüber des Rechts zubelehren gebethen/ demnach ſprechen wir vor Recht/ da gleich gemelter Subdiaconus Euch

euren Bericht nach/ vor allen Communicanten und einer Chriſtlichen Kirchen Gemeinde den Kelch nicht reichen wollen/ ehe und zuvor ihr den Degen abgeleget/ ſo iſt doch derſelbe Euch deßwegen keine Abbitte zuthun ſchuldig/ noch mit einiger Straffe zubelegen. V. R. W.

Th. VII. Competit hæc injuriarum actio contra Sacerdotem, qui ea, quæ in confeſſione audivit, revelat, *arg. l. 1. §. 38. Depoſit.* Ex quo textu ita argumentor: Si injuriarum conveniri poteſt is, qui hoc animo Teſtamentum fidei ſuæ concreditum quibusdam præſentibus recitavit, ut judicia ſecreta ejus, qui teſtatus eſt, divulgarentur; multò magis ille Sacerdos injuriarum tenebitur, qui confeſſionem ſibi tanquam Dei miniſtro concreditam aperuit. Atqui verum prius. Ergò & poſterius. Conſequentia Majoris propoſitionis per ſe patet: Ubi enim majus eſt commiſſum ab aliquo peccatum, ibi magis debet eum tenere actio hoc vindicans. Atqui ubi quis ſecreta Deo ſoli commendata revelat (ut hîc fit) ibi majus eſt delictum, quam ubi arcana Teſtatoris inviti aperiuntur. Ergò. *add. Ungep. ad Tit. X. de Confeſſis num. 25. pag. 231.* Churf. Sächſ. General Artickel. *Tit. 7. in fin. in verb.* Nach dem auch mehrmahlen groſſe Beſchwernüſſen erfolget/ wenn entweder die Kirchendiener oder die verhörte Perſonen aus der Beicht geſchwazzet/ ſoll ihnen allen aufferleget/ beſonders aber den Kirchendienern eingebunden werden/ was ihnen für Gewiſſens Händel in der Beicht vertrauet/ niemand/ wer der auch ſeyn möchte/ bey Vermeidung ernſtlicher Straffe zu offenbahren/ ſondern wie ſichs gebühret/ verſchwiegen zu halten/ darnach ſich ein ieder wiſſe zu richten. Licet Sacerdotem aliis etiam pœnis in jure Canonico affici manifeſtum ſit: Caveat ſiquidem (Sacerdos) ne verbo aut ſigno, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem etc. Quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi

ſibi detectum præſumſerit revelare, eum non ſolùm à Sacerdotali Officio deponendum, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudendum decernit Pontifex *in c. 12. de Pœnitentiis. add. d. 12. ſeq.* Niſi fortè eveniat, ut pœnitens Sacerdoti licentiam concedat, revelandi ea, quæ in confeſſione audivit, vel Sacerdos aliunde, ſive alâ viâ extra confeſſionem, ante vel poſt eam, aliquod flagitium reſciverit, de quibus *Ungep. loc. cit. num. 26. & ſeqq.* Extra officium lædere nos Sacerdos poteſt ut homo; quem ſimplici non tantum injuriarum actione, ſed & qualificatâ, ſi aliquando paſquillum ediderit, convenire valeo: quare de eâdē, utpote re notiſſimâ, nihil ex ſupra dictis repetā.

Th. VIII. Adhuc, duo monere habeo tendentia tum maximè ad *membr. 1. th. 3.* quorum *primum* eſt, Sacerdotem æq; in nos injuriam committere, ſi in contemtum noſtri, nobis ſervientes, item conſangvineos, uxorem, & affines læſerit: idque multò magis, ſi injuria fuerit realis, prouti notus in viciniâ caſus de paſtore pagano, qui ex privatâ vindictâ, absque præſcitu magiſtratus, alterius uxorem, propter gramen furto ablatum, virgis caſtigaverat. Alterum, quod hîc notandum cenſeo, reſpicit quæſtionem: An injuriatus præcisè in propriâ perſonâ comparere teneatur, an, uti aliàs in quâlibet actione injuriarum, procuratorem mittere queat? Poſterius veritati Practicæ magis conforme videtur: Qvum mandatarium totâ die admittere jubeantur Conſiſtoria, imprimis Saxoniæ *Carpz. l. c. num. 20. verb.* Ihr wollet in beharlicher Verweigerunge/ und bey ſo geſtalten Sachen in dieſen injurien Proceſſ ſeinen Mandatarium zulaſſen/ Ihme den Proceſſ eröffnen/ &c.

Th. IX. Dixi *in th. 5.* hujus actionis *Objectum*, eſſe Sacerdotem injuriantē adverſus quem conſveto more agi poteſt, (1.)

 æſti

æſtimatorie ad certam videlicet pecuniæ ſum̃am, actori applicandã; cui (2.) in actoris quidem petito honoris declaratio, vel deprecatio (ſicuti meminit *Hahn. C.b. num. 6. Presbyterum*, qui defuncto N. injuriam dixerat ex publico ſuggeſtu, à viduâ ejusdem injuriarum actione coventum, & adactum eſſe parochum, ut publicè deprecaretur) vel, pro re natâ (3.) publica recantatio adjungi poteſt; quod poſterius minus poſt ſe trahit dubii in foro Saxonico, *vid. Conſtitut. Elect. 42. part. 4. verb.* **Setzen / ordnen / und wollen wir / daß ein ieglicher / wer der auch wehre / ſo freventlicher vorſetzlicher weiſe den andern / Manß- oder Weibs Perſonen / an Ehren ſchmähen / läſtern / ſchänden / und injuriren / uñ derohalben rechtlich beklagt würde / dem beſchwärten und injurirten theile / nach Befindung der Unſchuld / einen öffentlichen Widerruff für Gericht zuthun ſchuldig ſeyn ſoll.** Diſſentit quidem *Proſp. Farinac. Prax. Crimin. part. 3. qv. 105. num. 75. pag. 454. cum Boër. conſ. 4. num. 40.* per textus in *cap. 40. & in can. clerico. & ib. Gloſſ. & Cardin. Alexand. Diſtinct. 50. Lopez. in Addit. ad Diaz. in Pract. Crimin. Canonic. c. 66. aliàs 60. rubr. de Maled. lit. R. usq. ad fin.* qvos ſequitur *Matth. Berlich. part. 5. Concluſ. 62. num. 22. pag. 148.* opinantes, quod quidem ab injuriato veniam rogare adſtringantur Clerici, non retractare autem, atque ſe mentitos dicere. Sed haud quaquam mihi perſvadere poſſum, quâ ratione & perſonæ Clericorum, & eorum cavillandi animus, probatus liquidò, eximi debeant à recantatione, cum textus deſint jurium expreſſi, nec *citat. diſtinct. 50.* quicquam probare videatur, quippe quæ loquitur de pœnitentiâ ſaltim Eccleſiaſticâ, tendente ad ſatisfactionem publicam Eccleſiæ læſæ; nec præjudicare poteſt actioni ad palinodiam, utpote reſpicienti ad ſatisfactionem injuriati: Jam verô duæ actiones tendentes ad diverſos fines una alteram non conſumit. Præterea quoq;

actori

actori injuriato ſingularis Sacerdotis ſanctimonia non officit, quam ipſemet injurians enormiter convitiando violavit. Nec aliquid detrimenti affert judicis fortaſſe ſecularis inhabilitas, quam conventus Sacerdos opponere poſſet. Supereſt enim Conſiſtorium Eccleſiaſticum; & Clericos & Politicos, ſi modò probè conſtitutum deſiderans: Quod procul dubio juris, & juſtitiæ adminiſtrationem læſo ſupplicanti nunquam eſt denegaturum. Quamvis, ſi manifeſtæ injuriæ politicæ à Sacerdote intermiſceantur, forum etiam ſeculare admiſerit Facultas Theologica Tübingenſis M. Martio Anno 1620. *in quæſt.* Ob ein Prediger ſeiner Straffpredigten halber für weltlichen Gerichten zu antworten ſchuldig ſey? *ferè in fin. in verb.* Aber mit nichten für ein weltlich Gerichte leichtlich (Es weren dan manifeſtæ injuriæ politicæ mit untergelauffen) geſchleiffet werde. *ap. Dedekenn. pag. 872. num. 6. ſect. 3. memb. 3 lib. 1. part. 3. vol. 1.*

Th. X. Urgent præterea contrarium aſſerentes, ex actione ad palinodiam condemnatum (moribus Saxonicis, aliàs contrarium ſuſtinet *Eckolt. h. t. §. 27.*) fieri infamem, per ea, quæ tradit *Carpz. prax. Crimin. part. 2. quæſt. 94. num. 68. & ſeqq. Berlich. part. 5. Concluſ. 63. num. 4. pag. 151.* Sacerdotem autem Sacra adminiſtrare non poſſe infamatum. Sed hanc infamiam ego non tàm ab ipſâ lege, quàm à judicis officio imponi delinqventibus dico, quippe qui, injuriantis famâ & exiſtimatione ſalvâ, recantatoriam eidem poterit dictare ſententiam: Daß Beklagter außgeſtoſſener injurien halber einen Wiederruff vor Gericht/ iedoch ſeinen Ehren unnachtheilig zuthun/ und die auffgewante expenſen/ auf vorgehende Richtliche Mäſſigunge/ zu erſtatten ſchuldig. Quin ipſi quoque Sacerdotes hanc ad palinodiam actionem facillimo modo à ſe declinare poſſunt; nimirum ſi injuriarum conventi, ante litem conteſtatam ſtatim declarent ac profiteantur,

Daß ſie von Klägern nichs anders/ als Ehre/ und alles liebes und gutes wůſten/ hetten anch von Klägern angezogene Wort/ nicht der Meinung/ wie ſie von Klägern angezogen/ und Ihn zu ſchmähen von ſich geredet oder geſchrieben. Quâ declaratione nolens volens actor ſalvâ tamen pœnâ à Conſiſtorio imponendâ, in foro Saxonico contentus eſſe cogitur, juxta *Berlich. Concluſ. 60. part. 5. num. 18. Carpzov. prax. Crimin. part. 2. quæſt. 97. num. 17. & in Jpr. Conſiſt. lib. 3. tit. 9. defin. 101. num. 13. & 20.* ubi ſequens ſententia Conſiſtorii Supremi Sax. M. Septemb. Ann. 1629. P. P. Ob wohl Kläger wegen ſeines und ſeines Brudern von beklagten ausgeſtrichenen Ehrentituls auf eine revocation hefftig gedrungen / dieweil aber Beklagter etc. allbereit damahls ſich gerichtlichen erkläret/ daß er von Klagenden ſeinen collatorn nichts anders/ als Ehre und alles liebes und gutes wůſte/ welches Er/ etc. hernach mit dieſen Worten gerichtlich vermehret / daß es nicht eo animo ihnen ihre Ehrentitul abzuſchneiden/ ſondern calore iracundiæ, und daß er durch Zorn ůbereilet / geſchehen/ derowegen gebethen / daß ſeine collatorn ihme dieſes condoniren und verzeihen wolten. Als haben wir es bey ſolcher Gerichtlich gethanen Erklårung allenthalben bewenden laſſen. Tametſi nihil obſtet Magiſtratui Supremo, quòminus Sacerdotem per palinodiam, absqve reſervatione honoris impoſitam, infamatum planè exautorare & deponere valeat.

Th. XI. Nec deficit præter allegata remedia, de quibus plura in *memb. 1. θ. 6.* injuriato actori (4.) denunciatio facti coram Magiſtratu, & accuſatio criminalis; unde non rarò pœna carceris. vulgò Prieſterlicher Gehorſam/ ſuſpenſio, imò, gratibus admonitionum obſervatis, de quibus *Ordin. Eccl. Sax. Rub.* wie weit ſich des Synodi Ampt. *&c.* tranſpoſitio, degradatio & exautoratio, &c. ſequi ſolent. Sic propter dene-

nega-

negatam abſolutionem & adminiſtrationem Cœnæ Dominicæ, reſpondere Conſiſtoriales apud *Carpz. Jpr. Conſiſt. lib. 3. tit. 10. defin. 114. n. 14.* P. P. Anlangende die Beſtraffung des Diaconi, wann der Kläger auf dieſelbe dringet / und der Beklagte der Klage / laut Euers Berichts / alſo geſtändig oder überwieſen / daß Er etc. beydes die Anhörung der Beichte und abſolution eigenmächtiger Weiſe ſeinen N. verſaget habe / So iſt er ſchuldig / dem beleidigten Chriſtlich zu depreciren / ſeinen exceſſ und præcipitantiam judicii öffentlich / iedoch ſeinen Ampt und Ehren ohne Schaden / zuerkennen / und mag Er hierüber andern zum Abſcheu willkührlichen / entweder auf 4. oder 5. Tage mit leidlichen Prieſterlichen Gehorſam beleget / oder auff 4. Wochen lang ab officio ſuſpendiret werden. Aliquando ſolam ſuspenſionem ab officio dictatam reperi ab Electore Sax. *ap. eund. num. 13.* Wie hoch ſich an uns abermahl N. über den Pfarrer daſelbſt N. wegen verweigerter Communion und gegen ihme verübter groſſen Ungeſtümmigkeit beſchweret / etc. begehren derowegen hiermit gnädigſt &c. do es Klägers anziehen nach ſich verhielte / N. alſobald von Ampte zu ſuſpendiren. Quandoque nuda comminatio depoſitionis cum ſeverâ correptione ſufficiens habita fuit in Eodem Conſiſtorio ſupremo, prout conſtat ex pronunciato M. Auguſt. Anno 1609. demnach die Klägerin vor und anbracht / daß der Pfarrer ſie zum viertenmahl von der Beicht und communion abgewieſen / mit fürwenden / ob hette ſie ihn in der Kirchen vor einen loſen Mann geſcholten / deſſen ſie doch weder geſtändig / noch zu Recht genugſam überwieſen; und aber der Pfarrer / ob Er wohl ſolches geſtändig ſeyn müſſen / dennoch hinwieder angezogen / daß Er ſie allbereit zur communion gelaſſen etc. Als haben wir etc. dem Pfarrer aber daß er eigenes Gefallens / umb ſeiner ſelbſt eigenen ſachen willen etc

der

Klägerin etc. die abſolution und communion zu unterſchiedenen mahlen verſaget/ ernſte Verweiſung gethan/ und hinführo ſich deſſen gäntzlichen zu enthalten/ bey verluſt ſeines Dienſts unterſaget und eingebunden. In præjudiciali denominatione ac depicturâ certi ſubjecti publicè pro concione factâ Conſiſtorium ſæpe laudatum ſequentem ſententiam concepit, M. Junio, Ann. 1620. Dieweil beklagten allbereit bey verluſt/ und ferners/ bey nochmahligen unnachläſſigen Verluſt ſeines PfarrAmpts aufferleget worden / ſich gegen damahlige Kläger und männiglich friedlich/ ſchiedlich/ Chriſtlich und ehrbar zuverhalten / deme aber zuwieder er mit jetzigen Klägern einen unnöthigen neuen Streit erhoben / und unſerer treulichen vielfältigen Vermahnunge/ auch endlich zu ſeiner ſelbſt Beſſerunge angeordneten ſuspenſion ungeachtet/ zu keiner deprecation und Erkäntnüſſe ſeines Unfugs/ noch zu vorgeſchlagener gütlicher Vergleichunge ſich verſtehen wollen. So wird Beklagter nunmehro zu Verhütunge mehrers Ergernüſſes ſeines Ampts billich vor verlüſtig erkant und erkläret. Solet etiam deprecatio publica à Conſiſtoriis injungi, quæ tamē, ſvadentibus nonnunquam circumſtantiis, in declarationem convertitur; qualem formulam poſt habitam concionem de ſuggeſtu publicè prælegendam à peccante videmus apud *Carpz. cit. Jurisp. Conſiſt. lib. 3. def. 103. n. 13.* hisce formalibus: Geliebte in dem HErrn Chriſto/ auff Anordnung eines ObernConſiſtorii ſoll euer Liebe vermeldet werden/ daß daſelbſt nechſt vorſchienene Mitwoche unſer Collator und ErbHerr N. N. ſich über mich beklaget / ob hette am 5. Sontage nach Trinitatis jüngſthin Seiner Geſtr. ohne Urſach/ Anleitung des textus, und vorgehende Verwarnung ich von dieſer Cantzel übel angezogen/ und dermaſſen abgemahlet / daß wer damit gemeinet/ Ihr ſeine Unterthanen wolverſtehen/

und

und dadurch von ſchuldigen Dienſten und Gehorſam verleitet werden können/ derowegen gebethen mich dahin zuhalten/ daß ich meinen Fehl bekennen/ Ihme Abbitte thun/ und an einen andern Orth translociret werden möchte. Nun weiß ich mich zwar zuerinnern/ daß ich damahls mein StraffAmpt nach der Schärffe geführet/ und ziemlich weit gegangen bin. Dieweil aber ſolche Predigt zu Verkleinerung unſers Erbherrn und Auffwiegelung ſeiner Geſtr. Unterthanen/ von mir keines weges gemeinet geweſen/ ſo ſeynd wir beyde vor einen Ehrwürdigen Ober-Conſiſtorio miteinander wiederumb außgeſühnet und zu Grunde verglichen worden; Derowegen da iemand unter Euch meine Predigt anders verſtanden/ der wolle hiemit eines beſſern unterrichtet/ und zu ſchuldigen Gehorſam gegen unſern Erbhern fleiſſig vermahnet ſeyn. Si in confeſſione
~~ſibi concredita~~ minus, quam par eſt, officio ſuo dignum ſe
geſſerit Sacerdos, ſibique concredita revelaverit, degradati-
one punitur juxta Canon. Eccleſiaſt. ita quidem, ut illi habi-
tus & ornamenta Clericalia exuantur, ipſeque ſacris Ordini-
bus ſpolietur, exemptionibus ac privilegiis indignus judice-
tur, ac ſeculari Magiſtratui reddatur, *arg. cap. 2. de pœn. in*
*6.* Quod ſi mitius cum ipſo agendum Conſiſtorium judica-
verit, deponitur, prouti teſtatur *Mund. Vol. 1. Conſ. 14. n. 108.*
de Superintendente Romhildenſi, quem Dux Saxoniæ Jo-
hannes Caſimirus, eò quod ſecreta Sacræ Confeſſionis
propalaverat, loco & officio movit. Jus præterea Canoni-
cum aut perpetuum & ignominioſum ei dictat exſilium, aut
detruſionem in Monaſterium pro agendâ perpetuum pœni-
tentiâ, *vid. d. 7. & latè Conſult. Dn. Adrian. Beier, in elegant.*
*Tractat. de Sigill. Confeſſ. cap. 4. ſect. 1. §. 9. & ſeqq. ibique*
*plur. alleg. text. & Dd.* ubi etiam §. *20. & 21.* duorum mo-
nachorum mentionem facit, quorum *prior* propter hoc de-

 lictum

lictum de trabe ſeu tigno trans plateam de domo ad domum ducto ſuſpenſus; *Alter* pecuniâ corruptus à Senatu Veneto ad pœnam ignis damnatus fuit. Tantum quidem de pœnis, ob injurias à Sacerdotibus, officio ſuo fretis, ſed tamen eodem abutentibus, illatas à Magiſtratu ſummo infligendis; quibus addi poſſent, pro circumſtantiarum & exceſſuum varietate, aliæ arbitrio judicis (quod omninò ſe ad translocationem, etiam ad depoſitionem extendere valet) derelictæ, ſi extra officium proximos ſuos re aut verbis ſcriptoq; afflixerint. Neq; mirum hoc, cum & in veteri Teſtamento & primitivâ Eccleſiâ & hiſtoriâ profanâ hujus rei teſtimonia proſtent. Pontificē quippe Maximum judicatum fuiſſe ut privatū, patet ex *Maſſecheth Sanhedrin. f. 18. A. c. 2. in Gemara*, ubi ſequentia proferunt: *Pontifex Maximus judicat & etiam judicatur*: concludunt deinde ibidem: *Ecce enim ille omninò privati loco in judicio habetur: Fac. B. fol. cit.* innuunt: *non judicari Pontificem Maximum, niſi ex ſententia Synedrii Magni LXXI. Virorum* (hæc quidem intelligenda de litibus capitalibus) *at ſi cauſa non concernit capitale quid, poteſt ille* (ut ſupra dictum) *conveniri & coram Synedrio XXIII. & III. Virorum. Confer. Cunæus de Rep. Hebr. c. 8. p. 211. Selden. lib. 2. de Synedr. Vet. Hebr. c. 9. §. 6. p. 437. & ſeqq. & de Succeſſ. ad LL. Hebr. c. 24. p. 83. & de Succeſſ. in Pontif. Hebr. c. 10. p. 147. & ſeq. Giſen. Vit. Academic. D. 7. num. 29. & ſeqq. p. 125. Schickard. Jur. Reg. Hebr. c. 2. Theor. 7. pag. 150. & ſeq.* De moribus Eccleſiæ noſtræ *vid. Thumm. in Explicat. Decalog. pag. 242. q. 9.* Sic nota eſt hiſtoria Imperatoris Rudolphi Habſpurgici & Epiſcopi Spirenſis, quam, cum ſingularem injuriam ſumæ Majeſtati illatam ejusq; vindicationem contineat, ipſiſſimis, prouti inveni *ap. Petr. Müller. Tr. de Oſcul. p. 38. ex Chron. Mich. Saxon.* verbis apponam: Käyſer Rudolph von Habſpurg nam in hohen Alter

ſein ander Gemahl Agnes, die gar jung und ſchön war / eine Tochter des Hertzogs von Burgundt / mit welcher er aber ho- hen Alters halber keine Kinder zeugete / als dieſe einsmahls vom Biſchoff zu Speyer der ein Graff von Leinigen war / von den Wagen gehoben ward / und der Biſchoff durch ihre Schön- heit bewegt / ihr wieder ihren Willen einen Kuß auff den Ba- cken gab / verdroß es die züchtige Käyſerinne alſo / daß Sie es ihrem Herrn klagte. Käyſer Rudolph da er es hörete / ward er zornig / und ließ dem Biſchoff ſagen / er ſolte ihme vor ſeine Au- gen nicht wieder kommen / und ihme ein ander *Pacem* zu küſſen ſchaffen / denn diß *Pacem* hätte er für ſich alleine erwehlet. Alſo muſte der Biſchoff um des unverſchämten Kuſſes willen aus dem Lande reiten / und ſich an frembden Orten biß zu des Käyſers Todte verbergen.

Th. XII. Nova hic, ſed ultima tamen, moveri quæſtio poteſt: an injuriatus inſtitutâ quidem contra Sacerdotem, ſed adhuc pendente injuriarum actione, nihilominus pecca- ta coram eodem confiteri, & abſolutionem ab eo petere de- beat? Affirmativa in jure videtur ſatis fundata, cum utique inter ſe diverſa ſint, Sacerdotis *Officium*, quod à Deo eidem conceſſum; & Sacerdotis *convitium*, quod ex male ordina- tis affectibus proficiſcitur: & prius, non poſterius, in con- feſſione à pœnitente reſpiciatur. Hinc conſtat, Nobiles, poſt accuſationem Sacerdotis in Conſiſtoriis peractam, niſi ſpe- ciali indultu, abſolutionem ejusdẽ declinare non potuiſſe, id quod innuit Conſiſtoriũ Supremum Sax. M. Febr. A. 1613. P. P. Ob gleich gemeldter Pfarrer / Euren anziehen nach / Euch bey ehrlichen Zuſammenkünfften und auff der Cantzel mit beſchwer- lichen Worten und ziemlichen Eyffer angelaſſen; So ſeyd ihr doch derentwegen Euch ſeiner Predigten und Heil. Abend- mahls in der Kirchen zu N. dahin ihr ratione domicilii gepfar- ret ſeyd / Euch zu euſſern / und dargegen mit dem Gottesdien-

ſie in die andere Kirche unter Euren Gerichten und Botmäſ-
ſigkeit zu halten nicht befugt / ſondern ihr möget den Pfarrer
zu N. da ihr wieder ihn zu klagen erhebliche Uhrſachen zu haben
vermeinet / vor ſeiner ordentlichen Obrigkeit derentwegen ge-
bührlichen actione injuriarum belangen / auff welchen Fall
Euch die Billigkeit wohl wiederfahren wird. Et Menſ. No-
vemb. Ann. 1671. P. P. Wier haben Euren Bericht / wel-
cher Geſtalt N. wegen noch wehrender Irrungen zwiſchen ihn
und ſeinen Pfarrer / bey Euch umb Beicht-Hörung ange-
ſucht / ꝛc. verleſen hören. Wann dann ſolches extra caſum
neceſsitatis, wegen allerhand daraus erfolgenden Aergernüſ-
ſen nicht gebräuchlich / noch zuläſſig / Als begehren etc. Ihr
wollet gedachten N. an ſeinen ordentlichen Pfarrer weiſen / etc.
Idem præjudicio quodam confirmarunt Scabini Jenenſes,
M. Decembri, Ann. 1609. Wenn Ihr gleich den Pfarherrn
bey Euch N. N. vor dem Chur- und Fürſtl. S. Conſiſtorio zu
Leipzig *injuriarum* belanget / ſo ſeyd ihr doch bey ihme / weil Er
des Orts allein verordneter Seelſorger iſt / die *Abſolution* zu
eurer Seelen zu ſuchen / und das hochwürdige Sacrament des
Abendmahls Chriſti von Ihme zu empfahen ſchuldig / Ihr
könnet denn auff anderweit anſuchen / bey dem Geiſtlichen
*Conſiſtorio* zu Leipzig / daß ihr einen andern beynachbarten
Pfarrherrn beichten möchtet erlangen / Es wird aber auff al-
len Fall euere wieder ihn den *N. N.* erhobene *injurien* Klage
nicht *abolirt*, oder etwan derſelben *præjudicirt*, V. R. W.
Ex allegatis tamen ſententiis triplicem extraherem aſſerti mei
limitationem (1.) ſi caſus neceſſitatis contrarium ſuaſerit.
(2.) ſi conſenſus ſupremi Conſiſtorii acceſſerit. (3.) ſi cum
domicilio quoque concurrat Jus Patronatus in aliâ paro-
chiâ : de quo poſteriori expreſſe egit *Carpzov. lib. ſæp. cit. Conſiſt. defin. 106. per tot.* Hinc formula pronunciandi ſo-
lennis : Ob nun wohl ſonſten dergleichen Enderung nicht
leicht-

leichtlichen zuläſſlich / dafern aber dennoch auff einem Dorfſe Ne Euch gleichfals das *Jus patronatus* zuſtändig: So möchte Euch daſelbſt der Gebrauch des H. Abendmahls nicht verwehret werden.

Th. XIII. Reſtarent adhuc modi, quibus hæc injuriarum actio tollitur; nimirum mors injuriantis & injuriati, remiſſio (ſub quâ tamen minimè, juxta *θ. præced.* comprehendo caſum: Wann einer bey ſeinen Seelſorger / ſo Ihn injuriret / Vergebung ſeiner Sünden im Beichtſtul bittet / modo rancor abſit & privata vindicta; valet ſiquidem tunc proverbium Germanorum: der Sachen Feind / der Perſonen Freund) præſcriptio, retorſio, &c. Aſt quoniam hi ex *Memb. 1. θ. 17.* dictis abundè explicari atque perpendi poſſunt, illos repetere ſupervacuum judico: quare hæc impræſentiarum de citato meo themate dixiſſe ſufficiant; Plura deſideranti ſatisfacere valebit generalis injuriarum conſpectus, quem, cum omnes affatim Doctores exhibeant, brevitatis ſtudio ſcienter omitto. Conſule interim æqui Lector, quæ in abſtracto de hâc materiâ Sacerdotes concernente protuli, Deum quippe teſtor, me (forſitan ex livore, odio aut alio minus ordinato affectu) ad nullum hujus ſeculi concretum reſpexiſſe.

Quæ minus rectè à me depicta judicas, tanquam a
me non dicta cum vitiis, quæ per feſtinationem
Typographi irrepſere, corrige,
Vale & fave.

*

NOnne Deo miſerum eſt ſervire? en ſpernitur autor
Maximus, & mundo fabula Myſta mera eſt.
*Hui, age lege! fori jactabitur ille procellis,* * *Jerem. c. XX, 10.*
*Ille, ſacro qui me fulmine aduſſit!* ait, *c. XX, 10.*
Et ruit ad Janum Geminum malè conſcius æſtus,
Ut maculas notas falſa qverela tegat.
Aſt, cum poſcet opem terrenum Myſta tribunal;
Audiet: *an myſtas litigioſa decent?*
*Tecum habita! toties atroci ambone peremt.*
*Vile ſit ut querulo clericus ore ſtrepat.*
*Hac arte impunes pulcre ulciſcemur elenchos,*
*Ut poſthac mites nunciet ille deos.*
Scilicet hac Nemeſi Nemeſis, *mi Sculna*, Jehovæ
Truditur, & moris gloria ſalva mali eſt.
Sculnæ tempus erit, cum magno optaverit emptum,
Nec myſtam actorem neve ſteiſſe reum.
Te tamen & Chriſti patientis nomina fas eſt,
*Praeco Dei*, & placidum reddere mente Patrem.
Blanda medela animos vincat, prudentia turbas;
*Sola Sacerdotum cauſſa JEHOVÆ manet.*

*Diſputationis eruditæ Autori, Fautori eximio,*
*& juſtâ præclarorum eventuum ſpe merito*
*commendabiliſſimo lmq; adſerib.*

**Philip. Mullerus D. P. P.**

TE quoque commendant quæ ſcandis pulpita, vita
Et mores inculpati, Te fervidus ardor
Et ſtudiũ Themidos ſolennibus uſibus aptat.
Nos teſtes ſumus applauſu, votisque Tuorum
Jungimus hoc, ut plus ultra Tua ſcandere virtus
Geſtiat, ut Themis hanc & Patria digna coronet.

*Politiſſ. Dn. Reſpondenti benevolum affectum*
*ex merito teſtaturus ſcrib.*

Georg. VVolffg. VVedelius
D. PP. Medicus Ducal. Saxon.

---

AD nubes veluti conſcendit *Falco* ſupremas,
Ut ſuperet reliquas volucres ſub aëra volantes:
Sic precor ex animo toto *Tibi*: Sis generoſus
*Falco*, qui diſcat varias diſponere lites.

*Tibi,*
*Nobilis Clareque docte Dne Falckenreich,*
*Autor materiæ præſentis ſolertiſſime, gratulari hiſce volui, debui*

Johannes Georgius Simon, D.

Poli-

*Politiſſimo atq́ Per-Eximio*

# DN. JUSTO GEORG. Falckenreich/

Philoſ. & J. U. Studioſo
Induſtrio,
Amico & Fautori ſuo dilecto,
ſub Præſidio
*Excellentiſſimi & Conſultiſſimi*

## DN. JOHAN. GEORG. SIMONIS

J. U. Doctoris celeberrimi
publicè diſputanti,
*S. P. D.*

## Johann. Christoph. Hundeshagen

S. Theolog. Lic. Logic. &
Metaphyſ. Prof. Publ.

EN! quò tendis Amice? en magnâ laude Cathedram
Aſcendis; grator, perpetuò vigeas!

---

Mentre ciaſcuno con la man' ardita
Empie di Strage e di terror la terra
Voi coll' ingegno e con la ben ſpedita
Penna movete un' altra bella gverra,
Per vendicar IL GIUS A LI PASTORI:
*Opra più degna che qvella d' honori!*

*Eccovi, Sig. Honor 'l deſiato ſegno, benche picciolo, del mio affetto, e della ſtima che faccio di queſto Voſtro Diſcorſo eruditiſſimo, D. V. S.*
ſviſceratiſſ.

M. FEDERICO CALENO.

*Celuy ét trop heureux,*
*Qui ſon nom fait connoître,*
*Et pour contentement à toujurs fleuriſſant,*
*Au monde ſait paroître,*
*Celuy n' ét pareſſeux*
*Vous étes en Vertu,*
*Et en ESprit trop riche,*
*En recueillant les fruits, que Vôtre cœur produit,*
*Comme un jardin non chiche,*
*A tous il ét connu.*
*Je Veux de tout mon cœur,*
*Que la Dispute face,*
*Pour étre trop loüè, et bientôt avancè*
*Aquiere Vous la grace,*
*Apporte tout bon-heur*

à 'Phonneur de Monſ. Falckenreich
composé, par
Jean Juſt Soff. Etudiant ès Droits.

FINIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0058-1

153282




ULB Halle 3
003 869 857

sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0059-0

FRITSCH

De Transit...

bibliopol...

Messe ligua...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0060-2

36.

J. J.

# ACTIONES. INJURIARUM. SACERDOTEM. CONCERNENTES.

PRAESIDE.

JOH. GEORG. SIMONE. D.

PROPONIT.

JUST. GEORG. Falckenreich.

HANNOVERANUS.

AUTOR.

JENÆ. DIE. XV. FEBR. A. C. M. DC. LXXVI.

---

TYPIS. MULLERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362387-p0061-8